mā argumēti negādo:ꝙ gn̄atio ſemp manēat cū re gn̄a
ta:q: tm̄ manet in p̄ iſtāti:vbi ē ordo imediatiōis eſſe ad
nō eē imediate p̄cedēs:⁊ deſinente iſto ordine.ipſa cātio
nō eſt ā̄pliˀ gn̄atio.❡Et cū tu dicis.agētia ſic ſunt corp̄a
celeˀ ꝯſeruātia:aut aliq̄d influūt in rē ꝯſeruatā:aut nō.
Rūdeo ꝙ nō iſluūt aliquā entitatē nouā p̄tinētē ad eēn
tiā ſeu ſubaȝ rei:ſȝ p̄ ſe iſluūt adˀ eādē entitatē p̄us h̄itā:
faciēdo ipam p̄ſiſtē:⁊ tenēdo ipſaȝ rē in entitate p̄us ha
bita.❡Et ſi q̄ras.Utrū corp̄a celeſtia agāt i rē ꝯſeruatā.
dico ꝙ agūt:nō p̄ducēdo aliq̄d de nouo:ſȝ agūt manu
tenēdo ⁊ ꝯſeruādo ſbam rei iā h̄itā.❡Et cū tu dicis:ꝙ
actio fundat̄ in motu ⁊ in mutatiōe.❡Dico negādo ꝙ
oīs actio fundet̄ in motu:aut in mutato eē:q: mutatio
eſt vbi paſſum trāſit de p̄uatione ad actū:ſed vbi nullus
eſt trāſitus de p̄uatiōe ad actū:ibi nulla ē mutatio.poſt
p̄mū inſtās:in quo res accipit eſſe:nō trāſit ipſa res cau
ſata de p̄uatiōe eē ſbalis ad ipȝ eē ſbale.ḡ ibi nulla mu
tatio.❡Et cōfirmat̄:q: q̄ñ forma eſt coeua ſubto:ibi eſt
actio reſpectu forme i ſubto ꝯſeruāte formā:⁊ tm̄ nulla
eſt mutatio in ſubiecto:q: cū talis mutatio ſit de p̄uatio
ne ad actū:in eodē iſtāti ſbm eēt ſub p̄uatione ⁊ forma
coeua ipſi ſubto.ḡ h̄ nulla mutatio dato ꝙ hic ſit aliq̄
actio:ſic eſt in p̄poſito.Cōſeruat̄ res ſbalis per aliquam
actionē agētis ꝯſeruātis:ſine q̄cūq̄ʒ mutatiōe.❡Sed in
ſtat̄ adhuc.Corp̄a celeſtia influūt cāndo aliqḋ accidēs in
re ꝯſeruata:h̄ eſt mutatio:aut ḡ erit cauſatio ſbalis:aut
aliq̄ alia mutatio p̄tinēs ad alteruȝ genus mutationis.
Sed nō vr̄ ꝙ poſſit p̄tinere ad aliqḋ genus mutationis
alteriˀ a mutatione ſubali:ḡ opȝ p̄ius ſubaȝ mutari in
ſe:q̄ȝ mutet̄ ad tale accn̄s.❡Et ꝯfirmat̄:q: ſi eſt accidens
ꝯueniēs:tale accn̄s ꝯſeruat̄ a ſuba.ḡ nō pōt ipſam taleȝ
ſubam ꝯſeruare.ſi eſt accn̄s diſcōueniens qḋ influitur a
corpore celeſti:tūc nō ꝯſeruabit ſubam:ſed corrumpet.
❡Ad iſta rūdet̄ cōcedēdo:ꝙ corpora celeſtia influūt ali
qḋ accn̄s ꝯueniens:⁊ ex ꝯñti cōcedit̄:ꝙ mutatio rei ad
tale accn̄s eſt alteratio.Et cū tu dicis ꝙ non pōt eſſe mu
tatio in re quo ad illud accn̄s niſi ſit mutatio in ſubſtan
tia.Negat̄ hoc.❡Ad ꝯfirmationē cū tu īfers ꝙ accidēs
cōſeruat̄ a ſuba ⁊c̄.Rūdet̄ ꝙ ſuba ꝯſeruat ipſum accn̄s
ꝯueniēs q̄ſtū ad eſſe:ſubſtātificādo ipm.Sed accidens
nō ꝯſeruat eē ſube:niſi diſpoſitiue:q: ſicut accn̄s non ge
nerat ſubaȝ:niſi pro quāto diſponit māȝ ad terminum
ſubalē:nō attingēdo talē terminū:ita accidēs nō pōt cō
ſeruare ſubaȝ:niſi diſponēdo ad hoc ꝙ corpora celeſtia
poſſint effectiue ꝯſeruare ſubaȝ:q̄ſtū ad ſuū eē.❡Sȝ in
ſtat̄:q: corpora celeſtia ⁊ ſuba genita vniformiter ſe h̄ñt:
ita ꝙ nulla ē variatio:neq̄ʒ ex p̄te corporis celeſtis:neq̄ʒ
ex p̄te eē ſubalis p̄ducti:ſed agēte ⁊ paſſo vniformiter ſe
habentibˀ:ſemp eſt eadē actio.ḡ ſicut actio p̄ueniēs iter
iſta erat gn̄atio:ita ⁊ in quocūq̄ʒ inſtāti ſequenti erit ge
neratio.❡Ad hoc rūdetur ꝯcedendo iſtā ꝙ agēte ⁊ paſ
ſo vniformiter ſe h̄ñtibˀ:ſemp ſeq̄tur eadē actio vnifor
miter ſe h̄ñs.Sȝ negat̄ ꝙ agēs gn̄ans:⁊ ipȝ eē ſubale p̄
ductū vniformiter ſe h̄eat in quocūq̄ʒ iſtāti:q: vt dcm̄ ē
aliū ordinē h̄ȝ ipm eſſe ſubale in primo inſtāti:⁊ aliū or
dinē in quocūq̄ʒ inſtāti ſequēti.Ordo.n.quē h̄ȝ in p̄io
inſtāti:qui eſt ad nō eſſe imediate p̄cedens eſſe:corrum
pit̄ ⁊ deſinit eē in quocūq̄ʒ inſtāti poſteriori:⁊ ita nō vni
formiter ſe h̄ȝ actio agētis in primo inſtāti:⁊ in alijs ſe
quētibus.Ita ꝙ lȝ daret̄ ꝙ eſſet eadē actio qua agens ge
nerat:⁊ qua conſeruat:eadem inquā materialiter:nō ta
men eſt eadem formaliter vt dictū eſt penes alium ⁊ ali
um reſpectum ad nō eſſe precedens eſſe ⁊ ad eſſe p̄chabi
tum.Et ſic eſt finis iſtius queſtionis.

❡Quedā vero ad ſeinuicem reflectun-
tur.alterius enim corruptio eſt gene-
ratio alterius.Tex.cō.vij. Qō vj.

In materia de rōnibus ſenſiua-
libus.Cōcurrēs me
us arguit cōtra.Sco.ꝙ aīa ſenſitiua nō p̄
ducat̄ imediate a deo.Propterea:q: ſeque
retur:ꝙ agens gn̄ans nō poſſet corrumpe
re ipm viuens aīa ſenſitiua:⁊ p̄bat ipſe ſic.
Difficilius eſt corrūpere q̄ȝ generare:ſȝ per te agens ge
nerans non pōt generare animam ſenſitiuam:ergo nō
poteſt ipſam corrumpere.Aſſumptum pro maiori nitit̄
tur multis rōnibus p̄bare.❡Cōtra quē intendo argu
re:⁊ vt ordo h̄eat̄ in dictis nr̄is.Quero.Utrū hoc ſit ve
rū qḋ ipſe dicit.vȝ.ꝙ difficiliˀ ſit corrūpere q̄ȝ generare.
Et arguit̄ ꝙ ſic:q: ſile pōt gn̄ari a ſili:ſed qḋ corrūpitur.
nō corrūpit̄ a ſili:ſed req̄rit agens corrūpens itēˀ ⁊ p̄ſe
ciˀ.Nā exēpli grā.calidū vt 4ºʳ p̄t gn̄are calidū vt 4ºʳ

⁊ frigidū vt 4^{or} nō pōt corrūpere calidū: vt q̄tuor: ſ3 bene frigidū vt q̄tuor corrūpit calidū vt duo. ḡ relinquit ꝙ difficili⁹ erit corrūpe q̄3 gn̄are: q: illa actio eſt difficilior q̄ requirit intēſius ⁊ perfectius agens in agendo: ſed actio corruptiua eſt hm̄oi: ⁊ non actio generatiua. ergo ⁊c̄.

Ad oppoſitū tn̄ arguit. Sicut eſt in artificialib⁹: ita eſt in nālib⁹. ex. 2. phiſi. ſed ſic eſt in artificialib⁹: ꝙ facili⁹ eſt deſtruere q̄3 ꝯſtruere. ḡ ſic erit in nālib⁹. ¶ Itē 2⁰ ſicut eſt in actib⁹ itell'ē ita i actiōib⁹ ex̄ itellectū: ſ3 in actib⁹ intell'ē facili⁹ eſt deſtruere q̄3 ꝯſtruere: q: difficili⁹ ē ꝯſtruē ꝑpōnē vl'e3 formatā ab itellu: q̄3 deſtruere: vt h3 Ar. ꝑ poſ. c. 13. ḡ ſequit ꝑpo^m.

In hac. q. ꝑ ꝑmittent aliq̄ diſtictiōes. 2⁰ ponent ꝯnes. Deinde ſoluent rōnes in ꝑn. q.

Quantū ad ꝑ^m. Pria diſtinctio eſt iſta. aliqd eē ꝑfectius alio: vel eque ꝑfectū cu3 illo: aut min⁹ ꝑfectū pōt eē duob⁹ modis. Uno⁰ eēntialr̄ ⁊ qditatiue. Alio⁰ accn̄talr̄. Primo⁰ illud eſt ꝑfectius vel eq̄ ꝑfectū: qd̄ ſm ſuā eēntiā ⁊ qditatē excedit aliud: vl' alteri eq̄tur: ſic nos dicim⁹ ꝙ hō ē ꝑfectior qditatiue aſino: q: cir cūſcriptis oib⁹ accn̄tib⁹ ⁊ oib⁹ his que nō ſunt de qditate hoīs: ⁊ ſilr̄ de qditate aſini: adhuc eſt verū dīc: ꝙ hō qditatiue eſt ꝑfectior aſino. Secūdo mō aliqd dr̄ eē ꝑfecti⁹ accidētalit: ſic albedo vt q̄tuor ē ꝑfectior albedie vt duo: que maior ꝑfectio ⁊ minor nō attendit ſm eē ſpecificū: ſ3 ſolū ſm eē mālē: ⁊ indiuiduale: ⁊ ſm hoc nō icōuenit vt aliqd dicat eē ꝑfectius alio accidētalr̄: qd̄ tn̄ eſt impꝑfectius eēntialr̄ ⁊ qditatiue. Ex^m frigiditas vt q̄tuor ē perfectior intēſiue accn̄talr̄ caliditate vt duo: tamē caliditas vt duo eſt ꝑfectior frigiditate vt q̄tuor eēntialr̄: qd̄ declaf. Qd̄ eſt demōſtrabile de aliq̄ ſpē: eſt demōſtrabile de quolibet idiuiduo illi⁹ ſpēi: ſed demōſtraf de caliditate: ꝙ eſt q̄litas ꝑfectior eēntialit frigiditate. ḡ demōſtrabif de quolibet idiuiduo caliditatis: ꝙ hēat cōſil'em ordinē ꝑfectionis ad quodlibet idiuiduū frigiditatis. Lz frigidū accidētalit poſſit excedere calidū: vt in exēplo dato. ¶ Secūda diſtinctio eſt iſta. Aliqd eē ꝑfecti⁹ vel eque ꝑfectū alio pōt eē duplr̄ vel in eodē gn̄e: vel in diuerſis. Ex^m primi. Quelibet ſba cū alia ſba eſt ꝑfectior vel eq̄ ꝑfecta in eodē gn̄e: q: in gn̄e nāe ſbalis. Ex^m ſecūdi. quelibet ſba cū quolibet accn̄te. aliud eni gen⁹ eſt nāe ſbalis: ⁊ aliud nāe accn̄talis. ¶ 3^a diſtīctio eſt. Gn̄atio ſiue corruptio quedā ſimplicit. q̄dā ſ3 qd. Prima eſt gn̄atio ſub̄e. Scd̄a ē accn̄tis.

Quantū ad 2^m articulum. Primo ponā cōcluſiones preambulas. 2⁰ ad. q. rn̄ſiuas.

Circa ꝑmā pt̄e q̄ōnis pono. 5. ꝯnes. ¶ Pria ꝯ ē iſta. Gn̄atio ſiue ſimplr̄ ſiue ſm qd reqrit agēs eq̄ ꝑfectū ſiue ꝑfecti⁹ eēntialr̄ ⁊ qditatiue. nō ſolū in eodem gn̄e: verū ēt in eadē ſpē cū termino formali gn̄ationis. Prima ps iſti⁹ ꝯnis ꝓbaf. Nullus effect⁹ pōt excedē ſuā cām. ¶ Nā effect⁹ vel eſt vniuoc⁹ vel equoc⁹: ſi vniuoc⁹ ḡ eſt eq̄ ꝑfect⁹ cū ſua cā: q: eiuſdē ſpēi. ſi equoc⁹. ḡ ē ineq̄lis ꝑfectiōis. aut ḡ maioris ꝑfectiōis: aut minoris. non minoris: q: oīs ꝑfectio effect⁹ cāe equoce v̄tualr̄ ꝯtinef i cā. ḡ nulla ꝑfectio eſt in effectu que nō ſit in cā: ⁊ h̄ vez ē de cā equoca totali in ſuo ordie: aut ꝑtiali: ſaltē principali. Iſta aūt ꝑpoſitio. ꝙ impꝑfecti⁹ ſimplr̄ ſm gen⁹ aut ſ3 ſpēm nō ſit neq3 poſſit eē totale ꝑn^m reſpectu ꝑfectioris: eſt eq̄ nota ſic aliq̄ in phiſica: q̄ negata: nemo poſſet ꝓbare aliquē ordinē entiū. Uideas Sco. in 4⁰ di. 12. q. 3. in corpore q̄ōnis. rn̄dēdo ſm mētē ꝓpriā. Iſta ſic ꝓbata: addo minorē iſtā. S3 termin⁹ formalis ꝓduct⁹ ꝑ gn̄ationē ſimplr̄ aut ſm qd eſt aliqs effect⁹. ḡ nullus effect⁹ ꝓductus ꝑ gn̄ationē excedit ſuā cām. ¶ Ex hoc p3 2^a ps cōclōnis. Quia ſi ipꝑfecti⁹ ſ3 gen⁹ poſſet gn̄are ꝑfecti⁹: accn̄s poſſet gn̄are ſbam: ꝯñs eſt falſum. ḡ ⁊ illud ex q̄ ſequit. ¶ Et ſi dicas ꝙ accn̄s in v̄tute ſub̄e pōt gn̄are ſba3. ¶ Contra. aut illud in v̄tute cui⁹ agit: eſt cā efficiēs ſub̄e. aut non: ſi ſic: habef ꝓpoſitū: q: non eſt ſba: in v̄tute cui⁹ aliqd agit: niſi in q̄ztū ſub̄a. ḡ ſub̄a vt ſub̄a eſt cā efficiēs ſb̄e. qd̄ negaf. ¶ Et ſi dicas ꝙ eſt efficiēs remotū. Eo habef magis ꝓpo^m: q: cā q̄3to ꝑor: tāto veri⁹ cauſat. ex ꝑ^a propōne de cauſis. ¶ Si dicas ꝙ ſub̄a nō agit ſed ē aliqd in cui⁹ v̄tute agit accn̄s. ¶ Cōtra. in nullo gn̄e cāe v: aliqd cāre i virtute alteri⁹: niſi illud alterū ꝑncipali⁹ cāet in eodem gn̄e. ¶ P. ſi ſub̄a nō agit. ḡ effect⁹ ē ꝑfectior ſua ꝑ ſe cā efficiēte. Nā illud ꝑ te: i v̄tute cui⁹ agit nullo⁰ ē efficiēs. Cōſequēs daf ab aduerſarijs. ¶ Sed ꝯ. q: l3 effect⁹ eēt ſimplex i re: tn̄ ſm intell'm pōt diuidi in duo. ſ. in illud in quo eq̄tur ſue cāe: ⁊ illud in quo excedit cām. Primū dicaf a. 2^m dicaf b. Iſte effect⁹ ſm a ꝑ ſe ē effect⁹ adeq̄t⁹ ſue cāe: q: ſimplicit eq̄ ꝑfectū ens ſicut ſua cā. ḡ b. vel erit a ſeipſo: vel a nullo. Nō eni pōt b. eē ſicut a ꝑ ſe cā a cā effect⁹ ſ3 a. q: cā nō pōt vltra effectū ſibi adeq̄tū: q: iſ effect⁹ nō eēt adeq̄tus: ſ3 effect⁹ ſm a. eſt effect⁹ adeq̄t⁹. ḡ ⁊c̄. ¶ Alias ꝓbationes hui⁹ ſcd̄e ptis videas in 4⁰ ſen. doc. ſubti. di. ⁊. q. allegatis. ¶ Scd̄a ꝯ. corruptio ſiue ſimplr̄ ſiue ſm qd l3 reqrat ꝑfecti⁹ corrūpens vel eq̄ ꝑfectū eēntialr̄ ſm genus. Nō tn̄ ſemꝑ reqrit ꝑfecti⁹ ſpē. ꝑ^a ps ꝓbaf: q: accn̄s nō pt corrūpe ſbam: ſ3 ſolū ſub̄a corrūpit ſbam. ḡ ⁊c̄. 2^a ps ꝓbaf: q: aq̄ que eſt ipꝑfectior igne: q̄ñq3 corrūpit ip3. ¶ Et ſi q̄ras. Un̄ eſt: ꝙ ipꝑfecti⁹ actiuū ſm gen⁹ nō pōt corrūpe ꝑfecti⁹: ⁊ tn̄ ipꝑfecti⁹ ſm ſpē3 pōt. ¶ Rn̄deo ipꝑfecti⁹ actiuū ſm gen⁹ nō pōt corrūpe ꝑfecti⁹ ens ſm genus: q: nō pōt iducere ſiue gn̄are niſi impꝑfecti⁹ ens ſm gen⁹ illud qd̄ ipꝑfecti⁹ nō pōt eē ſuccedēs corruptiōi ꝑfectionis ſm genus. Nō eni pōt accn̄s eē ſuccedēs corruptioni ſub̄e: q: ſi illd̄ ſolū ſuccedere: ſub̄a vt ſub̄a eēt q̄ſi anihilata. Sed in ꝑfecti⁹ ſm ſpēm nō eſt ſic: q: impꝑfecti⁹ in h̄ qd̄ pōt inducere aliqd ſile ſibi: pōt inducere aliqd qd̄ pōt ſuccedere ipi corrupto eiuſdē gn̄is: ⁊ ita ſub̄a nō annihilaf: q̄re ⁊c̄. ¶ 3^a ꝯ. L3 gn̄atio ſimplr̄ aut ſ3 qd q̄ñq3 ſit ab agēte perfectiori ꝑfectione accn̄tali q̄3 ſit ei⁹ termin⁹ formalis: nō tamē ſemꝑ. nec iſtud neceſſario reqrif. Pōt eni eē ab agente eq̄ ꝑfecto tali ꝑfectione. Hec ꝯ p3. Nā calidu3 vt. 8. pōt gn̄are calidū vt. 8. Silr̄ in ſubſtātijs. Dato ꝙ forme eoꝝ itēdanf: forma ſbalis ignis vt. 8. itēſa pōt gn̄are ignē intenſum vt. 8. quare ⁊c̄. ¶ 4^a ꝯ. corruptio ſiue ſimplr̄ ſiue ſ3 qd de neceſſitate reqrit ꝑfecti⁹ agēs accidētaliter q̄3 ſit forma corrūpenda. Nā calidū vt q̄tuor nō pōt corrumpere frigidū vt. 8. q: a ꝓportione minoris inequalitatis non ꝓuenit actio. neq3 calidū vt. 8. pōt corrūpere frigidu3 vt 8. ḡ ⁊c̄. ¶ 5^a ꝯ. l3 corruptio reqrat ꝑfecti⁹ agens accn̄talit: nō tn̄ eēntialr̄. Iſta ꝯ patet ex ſcd̄a ꝯne: q: aq̄ que eſt ipꝑfectior igne: pōt corrūpere ignē. ¶ Ex his ꝯnib⁹ ⁊ maxime ꝑ^a ſequunf duo correlaria: quoꝝ primū eſt tale. Gn̄atio nō pōt eē ab ipꝑfectiori agēte: neq3 eēntialiter: neq3 accidētaliter: ſed ab eque ꝑfecto: vel a perfectiori: vt patet ex dictis. ¶ Secundū corre^m. corruptio licet non poſſit eē ab imperfectiori accidentaliter. poteſt tamen eſſe ab imperfectiori eſſentialiter. Hoc patet ex dictis.

Quantū ad 2^m pt̄e q̄ōnis pono duas ꝑncipales ꝯnes. ¶ Prima quaꝝ eſt iſta. Gn̄atio ꝑ ſe ⁊ eſſentialr̄ eſt difficilior corruptione. Iſta ꝯ ꝓbaf ſic. Illa actio eſt difficilior q̄ reqrit agēs ſimplr̄ ꝑfecti⁹ eſſentialr̄. ſ3 gn̄atio eſt hm̄oi. ⁊ nō corruptio. ḡ ⁊c̄. maior p3: ⁊ minor ē euidēs ex dictis. ¶ Itē 2⁰ illa actio ſimplr̄ ē difficilior q̄ ne actio a plrib⁹ ꝺpēdet: ſ3 gn̄atio ē hm̄oi: ⁊ nō corruptio ḡ ⁊c̄. maior p3. mior ꝑ^r. Gn̄atio ē actio acquiſitiua: corruptio ē actio deꝑditiua. Mō in nālib⁹ mutatio acq̄ſitiua ꝑſupponit ordine nāe mutationem ꝺperditiuā: q: agēs nāle nō iducit formam: niſi aliam corrumpēdo. ergo ⁊c̄. ¶ Q3 ſi tu dicas: ꝙ ſicut generatio preſupponit corruptionem: ita econuerſo. ¶ Reſpondetur negādo iſtud. Nam poſterius ordine nature preſupponit prius non aūt ecōtra. Mō ſic ē ꝙ corruptio ordie nāe ꝑcedit gn̄ationem. Nam

tionem. Nã lʒ corruptio forme corrũpende ⁊ gñatio for me gñande ſil' ⁊ in eodẽ inſtãti tpis ſint: pus tñ nã corrũpi tur forma corrũpẽda: ꝙ̃ introducaᷓ ſoīa gñanda. Alioqn poſſet itelligi forma gñanda cũ forma corrũpẽda ſil' eẽ in eodẽ ſubto. Pōt aũt itelligi forma corrũpẽda corrumpi abſqꝫ ꝙ forma gñanda itelligaᷓ introducta. imo hoc pōt eẽ in re ꝑ potẽtiã diuinã. ſi eni in illo inſtãti in quo agens corrũpit formã ſuſpẽderet deus actionẽ ꝓductiuã agen tis: agẽs corrũperet: ⁊ nõ gñaret. Non pōt aũt de' facere ꝙ agẽs introducat formã: niſi expellat incõpoſſibilẽ. Alio gn due forme formalr̃ repugnãtes eẽnt ſil. q̃re ⁊c̃. ℭ Con tra ũn iſtã ꝯnẽ arguiᷓ ſic. Illa actio difficilioꝛ eſt que eſt in ter terminos ſoialr̃ repugnãtes: ſed corruptio eſt hᵫ ⁊ nõ gñatio. ḡ ⁊c̃. Diſcurſus ē bonus cũ maioꝛi: ⁊ minoꝛ pro baᷓ. Nã gñatio eſt int' terminos ſimiles: q2 oĩs gñatio eſt aliquomõ a ſili. ex. 7. meta. Corruptio aũt eſt iter diſſimi les terminos: iter quos eſt repugnãtia formalis: vel vir tualis. Gñatio iter terminos ſiles formalr̃ vel virtualiꝛ. ḡ ⁊c̃. ℭ Rñdeᷓ ꝙ maioꝛ eſt va vbi cetera ſint ꝑia. ſic ꝙ il la que eſt iter ſilia nõ ꝓſupponit neceſſario actionẽ que eſt iter terminos diſſiles: q̃liter nõ eſt in ꝓpoſito. q̃re ⁊c̃. ℭ 2ᵃ ꝯ. Corruptio accidentalr̃ eſt difficilioꝛ: ꝙ̃ generatio. Probaᷓ. Illa actio eſt difficilioꝛ accñtalr̃ que dependet ab agẽte ꝑfectioꝛi accñtalr̃ corruptio eſt hᵫ: vt pꝫ ex dictis: ḡ ⁊c̃. ℭ Ex iſtis ſequiᷓ vnũ correlariũ: ꝙ nõ icõuenit can dẽ actionẽ eẽ faciliorẽ ⁊ difficiliorẽ diuerſis modis. Naꝫ corruptio ē facilioꝛ eẽntialr̃. difficilioꝛ aũt accñtalr̃: ⁊ iſta nõ repugnãt. ℭ Q2 ſi queraᷓ que iſtarũ pōt dici facilioꝛ ſimplr̃. ℭ Rñdeᷓ ꝙ corruptio. qḋ ꝓbaᷓ. Quãcunqꝫ aliqua duo dependent a duobꝰ: ⁊ vnũ eſt tale ſimplr̃: alteꝝ eſt ta le ſꝫ qd: illud eſt ſimplr̃ tale qḋ depẽdet a ſimplr̃ tali. Sꝫ facilitas ⁊ difficultas in actiõe attẽdiᷓ in ordine ad agẽs ꝑfectiꝰ vel iperfectius: ⁊ agẽs perfectius eſſentialiter ⁊ q̄ ditatiue eſt ſimplr̃ perfectius: ⁊ nõ agẽs ꝑfectius acciden taliter. Gñatio aũt reqrit agẽs ꝑfectiꝰ eẽntialr̃ ꝙ̃ corruꝰ: ⁊ depẽdet ab ipſo: ḡ gñatio eſt difficilioꝛ ſimplr̃ ꝙ̃ corruꝰ.

Et ſic pꝫ ad q̄õnẽ: ⁊ ad argᵃ adducta i ꝑnᵒ. Ex q̄ pꝫ ꝙ ignoꝛãter locut' eſt in iſta mã cõcurrẽs meus in 7. meta. ⁊ multũ equocauit de difficultate actiõis a facili tate: determinãdo q̄õneꝫ ꝯ̃ Ar. ⁊ oẽs peripatheticos ꝓp ruditatẽ ⁊ idiſpõnẽ ſue virtutis fantaſtice. quare ⁊c̃.

ℭ Nccẽ ē aggredi ad q̄ſitã ſciaꝫ. ⁊ ifra.

ℭ Quo nãqꝫ mõ poſſibile ē motꝰ ꝑnci piũ eẽ in imobilibꝰ. Tex. cõ. iiij. Q̄õ. i.

Queritur. Utrũ in itelligẽtijs poſ ſit eẽ motus ſubiectiue. ℭ Et arguiᷓ ꝙ nõ. Nullũ accidẽs diuiſibi le pōt fũdari in ſubiecto idiuiſibili Ange lus ſeu itelligẽtia ē idiuiſibilis. ḡ ⁊c̃. ℭ Pᵒ. ſi eſſet verũ ꝙ angelus poſſet moueri mo tu locali. Sequereᷓ ꝙ eius motus compo nereᷓ ex mutatis eſſe: ⁊ ſilr̃ magnitudo ſuꝑ quã mouereᷓ cõponereᷓ ex punctis: ꝯñia ꝓbaᷓ: qm̃ angelus motꝰ ſuꝑ aliquã magnitudinẽ ſemꝑ dũ moueᷓ eſt in ſpacio ſibi eq̄ li. ſit gratia exẽpli a. inſtãs: in a. inſtãti eſt in ſpacio ſibi eq̄li: ⁊ hoc ꝑ mutatũ eẽ imediate poſt h̄ erit i ſpacio ſibi eq̄li. ſꝫ ſpaciũ ei eq̄le ē idiuiſibile ⁊ pũctꝰ: ḡ pũctus erit imediatꝰ pũcto: ⁊ ſic cõmẽſurãdo totã magnitudinẽ: totꝰ fluxꝰ ipꝰ cõponeᷓ ex mutatis eẽ: ⁊ magnitudo ſilr̃ ex idiuiſibilibꝰ.

Ad oppoſitũ tñ arguiᷓ: oẽ receptiuũ aliquaꝝ formaꝝ qḋ nõ eſt ex ſe determi natũ ad vnã illaꝝ: neqꝫ illimitatũ ad oẽs: q̄tũ eſt ex ſe: ꝑt mutari ab vna in alterã. Iſta ꝓpoſitio patet: qm̃ ex op poſito predicati infertur oppoſitũ ſubiecti. ſi eni non pōt mutari ab vna in alterã vel hoc erit ꝓpter determinatio nẽ ad vnã. vel ꝓp illimitationẽ ad oẽs: eo modo quo di ciᷓ ꝙ deus eſt illimitatus ad omnia vbi: ⁊ iõ nõ pōt mo ueri ab vno vbi in alteꝝ: ſed angelus eſt receptiuꝰ vbi: lo quẽdo de vbi diffinitiuo: ⁊ nõ determinaᷓ ad vnum: vt pꝫ ſm̃ theologos: neqꝫ ē illimitatꝰ ad oia vbi: q2 nõ ē im mẽſus: ergo poterit mutari ab vno vbi in alterum vbi.

Circa iſtã q̄õnẽ ſunt tres arti. ꝑmo poneᷓ vna opi. cõ ſuis motiuis quã non teneo. 2ᵒ aliter dicaꝫ ad q̄õnem. 3ᵒ ⁊ vlti. ſoluaꝫ rõnes prioris opinionis: ac et ad argumẽta in principio facta reſpondebimus.

Quantũ ad ꝑᵐ eſt opinio quoꝛũdã que tenet parteꝫ negatiuã q̄õnis. Pro qua adducunt rõ nes Ar. hinc inde. ꝑᵃ rõ eſt in. 6. phũi. vbi Ar. probat: ꝙ oẽ qḋ moueᷓ eſt corpus. Et rõ eſt talis: oẽ qḋ moueᷓ: ꝑtim ē in termino a quo: ⁊ ꝑtim in termino ad queꝫ (loquendo de ꝑtibilitate ſe tenẽte ex ꝑte mobilis) ſed angelus nõ ꝑt eẽ ꝑtim in termino a quo: ⁊ ꝑtim in termino ad quẽ rõ ne ſui: q2 nõ habet ꝑte ⁊ ꝑtẽ: ergo nõ pōt moueri. ℭ Se cũda rõ eſt iſta: quã hꝫ Ar. in. 4. phũi. ꝓbãdo ꝙ motus nõ pōt eẽ in vacuo: q̃lis eſt ꝓportio medij ad mediuꝫ in ſubtilitate: talis eſt ꝓportio motꝰ ad motuꝫ in velocitate ⁊ tarditate: mõ h̄ rõ applicaᷓ ad propoſitũ ſic. q̃lis eſt ꝓ portio mobilis ad mobile in ſubtilitate: talis eſt ꝓportio motus ad motũ in velocitate: vt ſupra: ſed angeli ad cor pus nulla ē ꝓportio in ſubtilitate: ergo motus angeli ad motũ coꝛpoꝛis nulla eſt ꝓportio in velocitate ⁊ tarditate. Sed omnis motus poſſibilis ad aliũ motũ poſſibileꝫ ē aliq̄ ꝓportio: ḡ motus angeli nõ eſt poſſibilis. ℭ Itẽ 3ᵒ ſi angelus poſſet moueri: poſſet moueri in eq̄li tpe per ali quod mediũ cũ corpore: ꝯñs eſt falſum: q2 videᷓ ꝙ medi um minus reſiſtat iduiſibili ꝙ̃ diuiſibili: ꝯñia ꝓbatur a ſimili eo mõ quo arguit pħs. loco ꝑallegato ꝓbans. ꝙ ſi eẽt motus in vacuo: ꝙ aliqḋ corpus moueret in eq̄li tpe per vacuũ ⁊ plenũ. Probatur a ſili. ſit ita ꝙ angelus mo ueaᷓ in tpe a. corpus moueaᷓ in tpe b. tps b. hẽat ꝓportio nẽ millecuplã ad a. ita ꝙ ſit maius b. in millecuplo ꝙ̃ a. Accipiaᷓ aliud corpꝰ qḋ ſe hẽ it in ſubtilitate in tãta pro portione ad ꝑmũ corpus qḋ moueᷓ in tpe b. q̃ta ꝓpor tio eſt ipſiꝰ b. ad a. ⁊ tũc tale corpus datuꝫ erit ſubtiliꝰ alio ſm̃ gradũ millecuplũ. Sed quãto aliquod corpus ē ſub tilius: tãto velociꝰ mouebiᷓ: ⁊ in minori tpe: ḡ tps in quo tale moueᷓ eſt minꝰ tpe b. in millecuplo: ſed tps minꝰ ſm̃ gradũ millecuplũ ipſo b. eſt eq̄le tẽpori a. ḡ illud corpus mouebiᷓ in equali tpe cũ angelo: qḋ videtur abſurdum.

Quantũ ad 2ᵐ principale. nõ obſtantibus iſtis ra tionibus: teneo parteꝫ affirmatiuã que ſtionis: pro cuius determinatione premittẽda ſunt duo poſita in. ij. q. de duplici ſucceſſione ⁊ de duplici cõpara tione motus ad mobile ⁊ ad magnitudinẽ ſuper quam ſit motus: que fuit verũ ſubã nãlis ſit ſubiectuꝫ in pħia nãli reſpõdendo ad primũ principale. ℭ Quibus ꝑmiſ ſis pono hanc cõcluſionẽ ꝙ angelus pōt moueri motu cõtinuo ⁊ nõ repugnat indiuiſibili de genere quãtitatis aut de genere ſubẽ ꝑ ſe moueri: (⁊ hoc loquẽdo de motu habente cõtinuitatẽ ⁊ ſucceſſionẽ a ſpacio.) Iſta ꝯcluſio probatur: quãdocũqꝫ aliqua duo alicui competũt: quo rũ vnũ eſt per ſe: ⁊ alterũ per accidẽs: remoto eo qḋ ē per accñs remanet illud qḋ eſt ꝑ ſe: ſed motui cõpetit habere q̄titatẽ ⁊ diuiſibilitatẽ ex ſpacio ⁊ magnitudie ſuꝑ quã mobile moueᷓ: ⁊ hoc cõpetit motui per ſe. ꝙ aũt hẽat q̄ titatẽ ſeu diuiſibilitatẽ ex mobili cõpetit motui ꝑ accñs. ergo remoto h̄ ꝙ mobile ex ſe hẽat diuiſibilitatẽ ⁊ q̄ti tatẽ remanẽte q̄titate ſpacij: poterit motus eſſe q̄tus ꝑ ſe: ⁊ ex ſpacio. Maioꝛ eſt mãifeſta ex terminis: minoꝛ au tẽ ꝓbaᷓ ꝑ Ar. 5. meta. capi. de q̄to. vbi hꝫ Ar. dico auteꝫ nõ qḋ mouetur: ſed quod motũ eſt. nã per eẽ q̄tũ illud: ⁊ motus eſt q̄tus: vt declaratũ eſt in ꝑallegata. q.

De tertio arti. h̄is ꝑmiſſis ꝑ rñdeᷓ ad rõnes alte rius opi. ⁊ ꝑ ad ꝑmã. ꝙ illa rõ Ar. non plus ꝯcludiᷓ niſi ꝙ illud qḋ moueᷓ motu hñte cõpleteꝫ

ſucceſſionē ⁊ ↄtinuitatē eſt q̄ntū ⁊ diuiſibile. Si aūt intelligit illa rō de omni motu petit ꝑncipiū: qm̄ illa maior aſſumpta que dicit: ꝙ oē qḋ mouet ptiꝫ eſt in termino a quo: ⁊ partim eſt in termino ad quē: aut itēdit de partibilitate mobilis: aut de ꝑtibilitate forme que acquirit: ſeu ſpacij: ſup quo aliquid mouet localiter. Si ꝑ mō petit ꝑn^m: niſi intelligat de motu hn̄te cōpletā ſucceſſionē ⁊ vtraqꝫ cā ſucceſſionis: vt dictū eſt in q̄ne ꝑdicta. nā itēdit ꝓbare ꝙ oē qḋ mouet eſt corpus: ⁊ accipit iſtā maiorē: ꝙ oē qḋ mouet hꝫ ptē ⁊ ptē: ⁊ p ↄñs eſt corp⁹. ḡ aſſumit qḋ dꝫ ꝓbare. Si vō intelligat ptim ⁊ ptim ꝑ ꝑtibilitate forme: vel ſpacij ſup qḋ aliqd mouet: ſic nō eſt ↄ̃ ꝓpoſitū nr̄m. ¶ Ad 2^m rn̄det: ꝙ illa ꝓpoſitio. q̄lis ē ꝓportio medij ad mediū ⁊c̄. vera eſt ceteris parib⁹. Et iō ſeqt motū nō eē in vacuo. aut ſaltē vera eſt ↄ̃ eos q poſuerūt vacuū eſſet totā cām mot⁹: vel ſucceſſionis i motu. Sꝫ in ꝓpoſito. arguēdo hic ſilr̄ de mobilib⁹: ſicut ibi de ſpacijs: iſta ꝓpoſitio pōt negari. vꝫ. q̄lis eſt ꝓportio mobilis ad mobile in ſubtilitate: eadē eſt ꝓportio ⁊c̄. Et ſi accipias q̄ eſt ꝓportio hui⁹ ſub rōne qua mobile: ⁊ alteri⁹ ſub rōne qua mobile. Cōcedo. ſed tūc minor eſt falſa. Angelus eni nō ſolū vt indiuiſibilis mobilis eſt motu: ↄtinuo: quēadmodū dictū eſt: verꝫ ēt eſt mobilis continue in q̄ntū hꝫ virtualē q̄ntitatē ſm quā pōt coexiſtere loco q̄nto: ⁊ ita ē ꝓportio angeli ad corp⁹ ſub rōne que mobilis: ⁊ tūc nō eſt verꝫ ꝙ angelus vt ſic ſit idiuiſibilis: ſed ſm q̄ntitatem virtualē eſt diuiſibilis. ¶ Per hoc rn̄det ad tertiā rōnē: ↄcedēdo illud qḋ infert: ꝙ in eq̄li tpe poterit moueri angelus ⁊ corpus. ¶ Pro quo notādū ꝙ motus hꝫ duplicē ſucceſſionē vltra ea que dicta ſunt de ſucceſſiōe motus in iā ſepe dicta. q. vna eſt ſucceſſio ēētialis: alia eſt ſucceſſio accñtalis. ſucceſſio ēētialis cōpetit motui ex diuiſibilitate ſpacij ſeu medij per qḋ mobile mouet: ſed ſucceſſio accidentalis cōpetit motui ex aliq̄ q̄litate ſupaddita ſpacio: vel medio que eſt raritas vel dēſitas: penes quas mediū eſt ꝓmotiuū vel ipeditiuū ipſi⁹ mot⁹. vꝫ. penes ſubtilitatē mediū ꝓmouet. penes denſitatē ipedit ipm̄ motuꝫ. Et rōne iſtaꝝ qualitatū ſeu ↄditionū accidentaliū q̄ ſupadduntur ſpacio aut medio: motus hꝫ ſucceſſionē accidentalē: ⁊ velocitatē: lꝫ a ſpacio ⁊ medio habeat ſucceſſionē eſſentialē ⁊ velocitatē eſſentialem. in q̄ntū iſta ſunt quanta. ſ. mediū ⁊ ſpaciū. Dicendū eſt igit ꝙ ſi Angelus ⁊ corpus mouet in equali ſpacio (ſi cetera ſint paria) nata ſūt moueri motu eque veloci velocitate ēētiali: ⁊ i equali tpe: in q̄ntū tp̄s mēſurans cōparat ad motū eſſentialem: ſeu includentē ſucceſſionē eſſentialē. ¶ Et cū tu dicis. medium plus reſiſtit corpori q̄ꝫ angelo. Reſpondet negando: loquēdo de medio in q̄ntū hꝫ ptes q̄ntitatiuas: ⁊ i quātū eſt quātū. Nā ſicut corpus nō pōt pertranſire de extremo ad extremū. niſi per oia media: ⁊ per oēs ptes q̄ntitatiuas: ita ēt Angelus iſto ordine ptrāſibit totū ſpaciuꝫ: ⁊ hoc ſi mouet motu includente totā realitatē mot⁹: ordo eni ꝑſtus a nā qui eſt inter aliq̄ ordinata: eſt idē reſpectu cuiuſcūqꝫ nāe limitate. cū igit ordo priuꝫ inter ſe: ⁊ reſpectu extremoꝝ ſit ꝑſtus a nā talis: ꝙ vna ps eſt prior altera ptē: ⁊ ptes itermedie ꝑcedūt alteꝝ extremoꝝ: iſte ordo hꝫ ſeruari a q̄libet nā limitata: ⁊ ex ↄñti ab angelo. Et ergo ſicut corpus ꝑus ptrāſibit in aliq̄ tpe ptē ꝑorē: q̄ꝫ partem poſteriorē: ⁊ prius ptes iter medias: q̄ꝫ deueniat ad extremū ſic ēt angelus ↄſili ordine mouebit ⁊ ita ab eq̄li ſpacio erit eq̄lis ſucceſſio ēētialis ⁊ eq̄lis velocitas eētialis. lꝫ forte angelus vt idiuiſibiliter mot⁹ veloci⁹ moueretur velocitate accidētali q̄ꝫ corpus. Quia ↄditio accñtalis ſuperaddita ipſi medio non tātum reſiſteret ipſi angelo ſicut corpori: lꝫ concederetur ꝙ angelus motus diuiſibiliter ⁊ coexiſtens loco quāto: motu eque veloci velocitate eſſentiali ⁊ accidentali moueretur cum corpore in equali tempore.

Jam ſecūdo in hoc arti. rn̄detur. Ad argumenta ꝑncipalia: ad ꝑmū patet ex dictis in. q. ij. vtruꝫ ſub̄a nālis ſit ſbm phie nālis. ¶ Ad 2^m rn̄det negādo ↄñtiā: ⁊ cū tu dicis. ꝙ ſemp eſt in ſpacio ſibi eq̄li. aut ly ſemp diſtribuit pro oi inſtāti: ⁊ ſic cōcedit ꝙ in quolibet inſtāti eſt in ſpacio ſibi equali: ſeu in aliq̄ indiuiſibili ſuppoſito. ſi aūt ly ſemp. diſtribuat tā ꝓ iſtāti q̄ꝫ pro tpe: vt ſit ſenſus ꝙ in oi inſtāti: ⁊. in oi tpe ē i ſpacio ſibi eq̄li. negat. nā in. A. inſtāti eſt in ſpacio ſibi equali: ⁊ in tpe imediate terminato ad. A. iſtās eſt in ſpacio ſibi ineq̄li. Nō eni indiuiſibile eſt imediatū indiuiſibili: ⁊ ita poſt indiuiſibile imediate nō eſt in ſpacio indiuiſibili: ſed diuiſibili: ⁊ ita lꝫ in quolibet inſtāti ſit in ſpacio indiuiſibili: in quolibet tn̄ tpe: ⁊ in qualibet pte tp̄is eſt in ſpacio diuiſibili. ¶ Pro quo ꝓ intelligētia maiori ē notandū ꝙ cū dicimus idiuiſibile moueri ſup aliquā magnitudinē dicimus ipſum in quolibet inſtāti eē in pūcto ſibi eq̄li. In parte tn̄ accepta inter quelibet duo inſtātia eſt ſup ptē magnitudinis ſuppoſite fluendo: ⁊ q̄ mouet ↄtinue: nō ſignādo actualiter pūcta in magnitudine ſuppoſita: ſꝫ poti⁹ p ↄtinuū fluxū ⁊ motū ↄtinuādo puncta ſuppoſitū linee vel magnitudini. ⁊ magnitudine pūctorꝫ hanc ptē magnitudinis alteri pti magnitudinis p mediū punctū: q̄ nō mouet de puncto in punctū ⁊ de indiuiſibili ad indiuiſibile in ſpacio magnitudinis ſuppoſite: ſed fluit potius. ↄtinuādo oia que ſunt in ſpacio. Ex quibus apparet reſponſio. ꝙ Angelus nō mouetur cōmenſurādo ſemp magnitudinē ſuppoſitam: ſed ſoluꝫ in quolibet inſtanti tēporis mēſurantis. quare ⁊c̄.

¶ Jmpoſſibile aūt ꝑdicari aut ſpēs de ꝓprijs differētijs aut gen⁹ ſine ſuis ſpeciebus. Tex. cōmē. x. Qõ. ij.

Queritur. Utrꝫ ꝓpoſitio per ſe cōuertat in p ſe. ¶ Et arguitur ꝙ ſic. Jſta eſt per ſe. Ens eſt vnū: ⁊ ↄuertit in iſtā. vnū eſt ens: ſed iſta ē per ſe: ⁊ in quā ↄuertit: ḡ p ſe ↄuertit in p ſe. Aſſūptū ꝓbat pro minori: ⁊ pro ſcḋa pte ipi⁹. q̄ iſta. vnū eſt ens: eſt neceſſaria. ḡ p ſe: antecedēs eſt euidēs: q̄ aliter extrema iſtius ꝓpoſitiōis vnirētur ↄtingēter: ſed hoc eſt falſuꝫ. ḡ ↄñtia p⁹. Quia ſi iſta vnū eſt ens: nō eſt p ſe: ſed p accñs: aut eſt per accidens eo mō quo loquit metaphiſicus: qui vult ꝙ illa ꝓpoſitio ſit per accñs qn̄ ꝑdicatū eſt ex̄ rōnē formalē ſubiecti: aut eſt per accñs eo mō quo loquit logicus: ⁊ Ar. ꝑ poſterio. qn̄ ꝓpoſitio eſt talis ꝙ eius ſbm nō hꝫ rōnē formalē inherētie ꝑdicati. Si tu intelligas per accñs ꝑ mō. contra. eque bene iſta eſt per accñs. ens eſt vnū. q̄ predicatū eſt ex̄ rōnē formalē ſubiecti. ſicut iſta. vnum eſt ens. ḡ nō pōt dici ꝙ iſta ſit per accñs ꝑ mō. Si vō tu dicas ꝙ iſta ſit p accidēs ſecūdo mō. ſ. vnū eſt ens. ḡ ſi iſta ꝓpoſitio. vnū eſt ens: eſt neceſſaria: aut a ſe: aut ab alio hꝫ ſuā neceſſitatē. ſi dicas ꝙ a ſe eſt neceſſaria p ſe. ḡ eſt ꝓpoſitio p ſe. Si tu dicas: ꝙ hꝫ neceſſitatē ab alio: q̄ro de cā ipſius neceſſitatis: aut cā iſta cauſat neceſſario iſtā ꝓpōnē q̄ntū ad ſuā veritatē: aut cāt ↄtingēter. Nō eſt dōm ꝙ cauſat ↄtingēter: q̄ tūc iſta propoſitio eēt ↄtingēs: ⁊ ↄtingēter vā. Si dicas ꝙ cāt neceſſario veritatē ipſi⁹. ḡ iſta ꝓpoſitio: vnū eſt ens. depēdebit a cā iſta neceſſario cāte dependētia eſſentiali: ſꝫ depēdentia ſemp eſt ad ꝑus. ḡ iſta ꝓpoſitio. vnū eſt ens: hēt aliqd ꝑus: ſed nō pōt hr̄e aliqd ꝑus: q̄ extremis iſtius nihil eſt ꝑus. ḡ iſta ꝓpō q̄ntū ad ſuā vitatē nō pōt depēdere ab aliqua cā neceſſario cāte. ¶ Jtē ꝓbat. Oē p accñs hꝫ reduci ad p ſe: ſic ad ꝑus: ſꝫ nulla ꝓpoſitio eſt ꝑor iſta. vꝫ. vnū eſt ens. ḡ iſta nō pōt eē vā p accñs. maior eſt Ar. 2. phiſi. minor ꝓbat. q̄ ꝓpoſitio illa eſt prior q̄ eſt ex terminis ꝑoribus: ſed

rib⁹:ſ; nihil ē p̄us: vt dictū ē ex terminis iſti⁹ ꝓpōnis. ḡ ꝛc.
¶ Secūdo ꝛ vltimo arguit. Quādocūqꝫ ſūt due ꝓpoſitiões: in quarū vna eſt depēdētia ad p̄dicatū: in altera eſt depēdētia ad ſubm: illa cui⁹ depēdētia eſt ad predicatū dr̄ eē magis p ſe q̄ȝ alia. Probat iſta: q2 dependētia ad p̄dicatū eſt depēdētia ad formā: cū p̄dicatū ſe hēat ad modum forme. dependētia ad ſbm eſt depēdētia ad mām: q2 ſbm ſe hꝫ vt mā reſpectu p̄dicati. Sed eēntialior eſt depēdentia ad formā q̄ȝ ad mām. ergo ꝓpoſitio in qua eſt dependētia ad predicatū dr̄ eē magis p ſe: q̄ȝ ꝓpoſitio cui⁹ dependētia eſt ad ſbm. ſed ita eſt: ꝙ in iſta ꝓpōne: dicendo. vnū eſt ens. ſbm depēdet a p̄dicato: ꝛ in iſta. ens eſt vnū. p̄dicatū dependet a ſubiecto. ergo iſta propoſitio. vnum eſt ens. dicitur eſſe magis per ſe: q̄ȝ iſta. Ens eſt vnum.

Ad oppoſitū ꝛ pro pte negatiua arguit Ar. p̄ poſterioꝝ. hꝫ: ꝙ ꝓpoſitiones per ſe non cōuertuntur. Ita ꝙ per ſe non conuertitur in per ſe: ſed iſta eſt per ſe. homo eſt riſibilis ergo iſta in quā conuertitur. vꝫ. riſibile eſt homo: non eſt per ſe.

In iſta. q. primo premittā diſtinctiones. 2° rn̄debo ad. q. 3° ad rationes in principio.

Quantū ad p̄m̄ p̄mitto diſtictiones. Prima eſt: ꝙ ꝓpoſitio eſt duplex: quedā per ſe. quedā per accn̄s: ꝓpoſitio per ſe eſt illa cui⁹ p̄dicatū hꝫ rōnē formalē itrinſecā inherētie in ſubto. Propoſitio p accidens per oppoſitū eſt illa cui⁹ p̄dicatū nō hꝫ rōnē formalē iherētie itrinſecā in ſubto ꝓpoſitio que hꝫ talē itrinſecā rōnē formalē in ſubto adhuc ē duplex: q2 q̄dā ſic hꝫ talē rōnē formalē itrinſecā in ſubto: ꝙ p̄dicatū eſt itra q̄ditatē ſubti: ꝛ iſto mō q̄n idē p̄dicat de ſeipſo: vl̄ diffinitio d̄ diffinito: vel ps diffōnis de diffinito: p̄dicatū ſic ē itra ſbm. Quādoqꝫ vō p̄dicatū ꝓpōnis lꝫ hēat talē rōnē formalē inherētie in ſubto: ē tn̄ ex q̄ditatē ſubti. Et iſta ꝓpoſitio cuius p̄dicatū eſt ex ſubm hn̄s talē rōnē formalē iherētie in ſubiecto eſt duplex. Quedā eni eſt in cui⁹ ſubto icludit ratio neccīa formalis iherētie p̄dicati. q̄dā vō cuius p̄dicati iherētia nō eſt neccīa in ſubto. p̄a ꝓpoſitio ē p ſe in 2° mō. 2a ꝓpoſitio ē p ſe in 4° mō. Exēplū p̄mi. hō eſt riſibilis. Exēplū ſecūdi. volūtas vult. calidū calefacit. In ſubto ſecunde ꝓpōnis nō eſt rō neccīa reſpectu p̄dicati: ꝛ h̄ hꝫ Sco. in 3. ſniaꝝ. di. 7. diſtiguētē ꝓpōnē per ſe ſecūdi modi a ꝓpoſitione p ſe q̄rti modi: p h̄ ꝙ ſbm vni⁹ hꝫ rōnē ꝛ cāꝫ neccīaꝫ inherētie p̄dicati. ꝛ altera nō. Ex quo ſm ipm ꝛ ſꝫ rei veritatē: ois ꝓpoſitio p ſe hꝫ cām itrinſecā in ſubto: p quā p̄dicatū ineſt tali ſubto. Ex h̄ eſt ſnia Auer. 2. de aīa. cōmē. 66. ſup illud. viſibile eſt color. Inqt. viſibile eni in rei veritate eſt color: aut ē illud qd̄ p ſe eſt viſibile: ꝛ eſt dr̄e p ſe: nō ſm p̄mā itētionē itentionū de qb⁹ d̄ i illud qd̄ eſt eēntialr: ꝛ eſt modus in quo p̄dicatū eſt in ſba ſubiecti: ſꝫ ſꝫ itentionē ſcd̄aꝫ: ꝛ eſt illud in quo ſbm eſt in diffōne p̄dicati. Color eni eſt cā vt res ſit viſibilis. Sed p h̄ qd̄ dr̄: ſed in eo inuenit cā: itēdit ſm ꝙ color ē cā: vt in eo inuenit cā vt aliqd ſit viſibile. h̄ Auer. Ex qb⁹ cōcludit: ꝙ iō iſta ē p ſe color eſt viſibilis: q2 p̄dicatū hꝫ cāꝫ in ſubto. Et p̄m⁹ ꝛ ſcd̄s modus hn̄t cōſilēꝫ cālitatē in ſubto reſpectu p̄dicati q̄ntū ad iherētiā: ſed nō q̄ntū ad incluſionē eēntialem predicati in ſubto. Vide h̄ Cōmēta. in cō. 67. Vn̄ h̄ ſunt vba cōmētato. Ar. poſuit p̄n̄m: ꝙ color eſt viſibilis per ſe: ꝛ ꝙ ſile eſt dr̄e colorē viſibilē: ꝛ hoiēꝫ riſibilē. ſ. de gn̄e propoſitiōis eēntialis in q̄ ſbm eſt cā p̄dicati: nō p̄dicatuꝫ cā ſubti. Hec Cōmē. Et itelligit ꝓpōnē eēntialē p ſe: q̄ p tanto dr̄ eēntialis: q2 p̄dicatū icludit eēntialr realr in ſubto: nō tn̄ eēntialr q̄ditatiue: ſic̄ in p̄ mō vbi eſt icluſio p̄dicati in ſubto q̄ditatiua. ¶ 2a diſtinctio ſit iſta. Drīa eſt inter ꝓpōnē p ſe: ꝛ ꝓpōnē p ſe notā. illa ꝓpoſitio eſt p ſe: vt dictū eſt: que hꝫ itrinſecā cām ꝛ neceſſariā iherētie in ſubto reſpectu p̄dicati. illa eſt per ſe neceſſaria cui⁹ extrema hn̄t imutabilē habitudinē vnionis inē ſe: q̄lecūqꝫ eē habeant ipſa extrema ſiue in re ſiue in intellectu. Propoſitio per ſe nota eſt illa que habet euidentiam ex terminis proprijs vt ſui ſunt: ꝛ nō ab aliqua propoſitione priore.

His p̄miſſis. Quātū ad 2m ponit iſta ꝯ. ꝙ propoſitio p ſe nō ꝯuertit i per ſe. h̄ ꝯ. p̄. p̄ſupponēdo ꝙ nō eſt circulus i depēdētia eēntiali in eodē gn̄e cauſe. Iſto ſtāte arguit ſic. cuiuſcūqꝫ ꝓpōnis p̄dicatū depēdet a ſubto q̄ntū ad rōnē formalēꝫ inherētie itrinſecā in ſubto: ſbm ipi⁹ nō pōt ꝯſili depēdētia depēdē a p̄dicato: ſed in q̄libet ꝓpōne p ſe: predicatū ſic depēdet a ſubto. ḡ ecōtra ſbm nō pōt depēdere a p̄dicato. ḡ p ſe nō ꝯuertit in p ſe. ¶ Et ꝯfirmat. Quia iſta depēdētia vr̄ eē ad aliqd in rōne p̄ncipij formalis: q2 ois depēdētia q̄ eſt ſm rōnē formalē itrinſecā: reducit ad gen⁹ cāe formalis. ſed in tali depēdētia eēntiali in eodē gn̄e nō eſt circulus. ḡ ſeqt ꝓpoſitū. ¶ Et ꝯfir. 2°: q2 ſi p ſe ꝯuerteret i p ſe: maxime ꝓpoſitio p ſe p̄mi modi ꝯuerteret in ꝓpōne p ſe: q2 nō eſt maior rō q̄r ꝓpoſitio p ſe ſcd̄i modi ꝯuertat in per ſe: q̄ȝ ꝓpoſitio p ſe p̄mi modi. Sꝫ ꝯn̄s eſt falſum: ꝙ ꝓpoſitio p̄mi modi ꝯuertat in p ſe. Qm̄ ſic iſta. hō ē aīal. ꝯuerteret in iſtā: aīal eſt hō: ſicut in ꝓpōnē p ſe. Sed cū p ſe preſupponat de oī: vt hꝫ Ar. p̄ poſte. ḡ ꝓpoſitio vl̄is affirmatiua ꝯuerteret ſimplr. ¶ Item 2° p̄n̄ arguit. Ar. p̄ poſte. vult: ꝙ paſſio p̄dicat p ſe 2° mō de ſubto. ḡ in diffōne paſſionis ſbm cadit vt additū. ex. 7. meta. tex. cō. 17. ꝛ. 19. i ex° d̄ ſimo. Sꝫ qd̄ cadit in diffōne alicui⁹ vt additū nō eſt intra q̄ditatē ei⁹: nec cōpetit ei p ſe p̄ mō: q2 nihil aliud eſt eē aliqd additū alicui: niſi eē extraneū a rōne ei⁹ formali. ḡ propoſitio in quā ꝯuertit ꝓpoſitio ſecūdi modi nō eſt per ſe. ¶ Et ꝯfirmat hoc per illud qd̄ dicit Ar. in primo poſte. de ſtatu p̄ncipioꝝ: vbi vult: ꝙ propoſitiones per ſe non conuertuntur: ꝛ hoc habet veritatē ſm ipſum: tā in predicatis eſſentialib⁹ q̄ȝ accidētalibus: ḡ cōclō noſtra vera.

Quantū ad 3m arti. Rn̄det ad argta ante oppoſitū. Ad p̄m cū dicitis. iſta eſt p ſe. ens eſt vnū: ꝛ cōuertit in iſtā. vnū eſt ens. iſta eſt neccīa. vnuꝫ eſt ens ḡ p ſe. Rn̄deo ꝯcedēdo: ꝙ iſta ꝓpoſitio. vnū eſt ens: eſt neccīa: ꝛ cū tu dicis. ḡ per ſe. Nego ꝯn̄tiā. Ad ꝓbationē. iſta aut ē neccīa de ſe: aut ab alio. Rn̄deo ꝙ iſta eſt neccīa de ſe itrinſece ꝛ formalr. ꝛ tn̄ nō ſeqt ꝙ ſit p ſe. vn̄ ab alio hēt ꝓpoſitio ꝙ ſit neccīa de ſe: ꝛ ab alio hꝫ ꝙ ſit p ſe. Dicim⁹ ꝓpōnē eē neccīaꝫ de ſe: q̄n extrema ipſius ſūt imutabilr vnita in q̄cūqꝫ eē ꝯpiant: ſiue in re: ſiue in itellectu: ita ꝙ neccītas ꝓpōnis eſt ex imutabili habitudine terminoꝝ: ſed ꝓpoſitio eſt p ſe: q̄n in ſubto icludit rō formalis iherēt⁹ p̄dicati ad ipſum. Nō ſtat aliq̄ extrema ꝓpōnis eē imutabilr vnita. ꝛ hēre neccīaꝫ habitudinē ad ſe inuicē: ꝛ vnū nō includere rōnē formalē iherētie alteri⁹. ſic̄ eſt in iſta. vnuꝫ eſt ens. ly vnū. nō pōt hēre rōnē formalē iherētie predicati: cū in predicato ſit rō formalis iherētie ſubti. Et cuꝫ tu dicis ſi iſta eſt p accn̄s. vnū eſt ens. ḡ preſupponit aliq̄ȝ priorē. Cōcedo ꝛ dico: ꝙ iſta. ens eſt vnū. eſt prior q̄ȝ iſta. vnū eſt ens: ꝛ cū tu dicis: ꝙ terminis iſtius ꝓpōnis vnū eſt ens: nō eſt aliqs terminus p̄or. ḡ nulla ꝓpoſitio p̄or. Nego argumētū: q2 ex eiſdē terminis pōt formari ꝓpoſitio p̄or ꝛ poſterior. p̄or vbi predicamētū directe predicat de ſubiecto. poſterior: vbi termin⁹ in p̄ori ꝓpōne predicat idirecte: mō paſſio que ſe hꝫ vt act⁹ ꝛ fora reſpectu ſubiecti predicat directe. ſbm aūt cū ſe hēat vt mā: predicat: indirecte. ¶ Ad alterū argm. Rn̄det negādo aſſumptū: ꝙ q̄n i aliq̄ ꝓpōne eſt depēa ad predicam: ꝛ in alia ad ſbm: illa in qua eſt depena ad predicam dicat eē magis p ſe: q2 p ſeitas in ꝓpoſitione eſt ex depēdētia predicati ad ſbm. nō aūt ex dependētia ſubiecti ad predicatū. ¶ Pōt ēt argui reducendo argm ꝯ ipſum. Quādocūqꝫ in aliq̄ ꝓpōne ē depena ad predicatū: illa ꝓpoſitio eſt magis p ſe q̄ȝ ſit illa vbi nō eſt talis depēdētia. iſta eſt tua: ſed in iſta ꝓpōne. ens eſt vnū: eſt magis depēdentia ad predicatū q̄ȝ i iſta. vnū ē ens. Pro-

baſ.illud magis hʒ rõnē predicati:qḋ magis hʒ rõnē forme:ꝛ illud hʒ magis rõnē ſubiecti:qḋ magis hʒ rõnem mãe. Jſta eſt tua:ſed paſſio hʒ rõnē forme reſpectu ſubiecti:ꝛ nõ ecõtra. ḡ maior erit dependētia in iſta ꝓpoſitiõe. Ens eſt vnū:q̃ȝ in iſta. vnū eſt ens. ¶ Pōt ēt .2°. rñderi: ꝙ vbi eſt depenᵃ ad illud qḋ eſt ṗdicatū ſm eē:ꝛ ſm dici: ibi eſt eēntialior:ꝛ maior depēdētia. Et cū dicis:ꝙ in iſta ꝓpõne:vnū eſt ens:eſt depenᵃ ad ipm predicatū. Reſpõdeo ꝙ lȝ ens dicaꝭ eē predicaᵐ reſpectu vniᵒ ſm dici:non tñ eſt predicatū ſm eē. Vñ ens eſt ṗᵐ predicatū ſm eē reſpectu coꝝ q̃ ſūt in recta linea ṗdicamētali:ſȝ reſpectu paſſionū ꝓpriaꝝ ꝛ diſiūctaꝝ:ſeu modoꝝ ꝯſequentiū:nõ eſt ṗᵐ ṗdicatū:ſed reſpectu iſtoꝝ eſt primum ſubiectū. quare ꝛc̃.

¶ Eſt ſcientia que ſpeculatur ens inq̃ȝtum ens. ꝛ infra.

¶ Unde nobis entis inq̃ȝtū ē ens ṗme cãe ſūt accipiēde. Tex.cū.primi. Q̃ō.i.

Queritur Utrū ens inq̃ȝtuȝ ens habeat ṗnᵃ.loquēdo d̃ ṗncipijs incõpletis:ꝛ vt inq̃ȝtū.tenetur ſpecificatiue. ¶ Et arguiꝭ ꝙ nõ. Naȝ qñ dr̃ ens inq̃ȝtū ens hȝ ṗnᵃ.aut ly inq̃ȝtuȝ. ſpecificat rõnē entis cõeȝ:aut aliquā pticularē:nõ rõnem cõem:q: rõ cõis abſtrahit a cā ꝛ a cāto. Neqȝ ēt ſpecificat rõnē entis vt eſt limitata ꝛ determinata ad ſua īferiora:q: hinc ſequereꝭ ꝙ ī aliquo inferiori ad ens eēt duplex entitas:vna cõis: altera pticularis:cõis in qua ꝯueniret ens creatū cū deo:particularis ſm quā ens creatū eēt cātū. ¶ Scḋo ṗncipalr̃ arguiꝭ ſic. Cõfirmādo ṗcedēs argᵐ q̃ȝtū ad lȝ:ꝙ ens vt limitatū nõ hȝ ṗncipia:ꝛ arguiꝭ ſic. Ens in q̃ȝtū ſbm meta.hȝ ṗncipia:ſȝ ens in q̃ȝtū ſubm metaphiſice nõ eſt ens limitatum:ergo ens vt limitatum non habet principia.

Ad oppoſitū eſt Ar.i ṗnᵒ q̃rti metaphi. Ubi hȝ:ꝙ ſcia metaphiſi.conſiderat ens inq̃ȝtū ens:ex eo ꝙ ꝯſiderat ṗmas cãs: que ſūt cauſe entis inq̃ȝtū ens eſt. ꝛ hāc eādē ſniam hȝ in ṗnᵒ.6. ¶ Et ꝓbaꝭ rõne. Effectus vlis hȝ reduci in cãs vl'es:ſȝ eſſe ē effectus vliſſimus:ergo hēt reduci in cãs vliſſimas:ſȝ tales cauſe ſunt deus ꝛ intelligentie.igitur ꝛc̃.

Jn iſta.q. ṗmo poneꝭ quedā diſtõnes. 2ᵒ recitabitur opinio q̃ non teneꝭ. 3ᵒ rñdebitur ſm mentē ꝓpriā. Ultimo ſolueꝭ rõnes in principio.

Quantū ad primū. ¶ Prima diſtinctio ē iſta ṗnᵃ entis quedā ſūt cõpleta.quedā incõpleta.cõpleta ſunt principia inherētie ꝓprietatū ꝛ paſſionū ad ens.principia incompleta ſunt principia entis q̃ȝtuȝ ad eſſe. ¶ Scḋa diſtinctio eſt iſta:ꝙ ens poteſt conſiderari q̃ȝtū ad eſſentiam ꝛ rationem entis. Aliomodo q̃ȝtum ad eius ſcibilitatem:ꝛ vt de eo aliquid eſt ſcibile.

His ſtantibꝰ de ſcḋo. Rñdeꝭ a nõnullis ꝛ eſt ſnia San. Tho.in ṗᵃ pte.q.45. ar.5.ꝙ ens ꝛ eē eſt effectꝰ ipſiꝰ dei:ita ꝙ ad eſſe nõ ꝯcurrit agens gñans:ſȝ ṗciſe agēs ṗmū:qḋ eſt deꝰ.ꝛ fundamētū ſuū eſt illud qḋ adductū eſt ad opoſitū.ſ.effectꝰ vliſſimꝰ hȝ reduci in cãm vliſſimā.eē eſt hꝰ.ergo ꝛc̃. ¶ Unde imaginaꝭ ꝙ in effectu ṗducto plures gradus ꝯcurrūt quoꝝ qlibet eſt terminꝰ actionis determinati agētis. Nā in aiali ꝯcurrit eē qui eſt qdā gradus pfectionis in ipſo ꝯcurrit gradus ſube gradus corporeitatis.gradus viuentis. gradus ſenſitiui. Gradus ṗmꝰ qui eſt eē:determinate eſt a deo.ꝛ gradus ſube eſt determinate ꝛ ṗciſe ab aliq̃ itelligētia citra deū. Et ſic de oibꝰ alijs gradibꝰ:quoꝝ quilibet ꝯcomitaꝭ ipm cõpoſitū vt terminꝰ determinate actionis reſpectu determinati agētis. ¶ Cõtra iſtā opinionē iſta ſic ꝓbādo ꝙ eē nõ tñ eſt a deo. verū ēt a generante. ¶ Et arguiꝭ ſic.a quocūqȝ gñatur cõpoſitū:ab eodē eſt eſſe cõpoſiti. Sed cõpoſitū eſt a gñante. Jgiꝭ ab eodē eſt eē cõpoſiti: maior patet:q: gñatio eſt via ad eē. Et ꝓbaꝭ ēt alia rõne: q: a quocūqȝ gñatur cõpoſitū per eiꝰ actionē forma eſt in mã. Sed formā eſſe in mã eſt cõpoſitū hēre eē:q: nõ ē imaginabile ꝙ forma ſit in mã:ꝛ cõpoſituȝ nõ hēat eē:q: aut eſſe precedit cõpoſitū:aut ſequiꝭ ipſum. Si precedit:ḡ in aliquo inſtāti priori erit eē cõpoſiti in quo nõ erit ipſuȝ cõpoſitū:qḋ eſt abſurdū. Si v̇o ſequiꝭ ipm cõpoſituȝ:in aliquo inſtāti erit cõpoſitū in quo nõ erit eē compoſiti:ꝛ tūc ſequiꝭ ꝙ quū in aliquo ṗori ſit ipm compoſitū ī quo nõ eſt eiꝰ eē:poterit ſine ꝯdictione compoſitū ſepari a ſuo eſſe:q: ṗora ſm nãm ſunt quecūqȝ ꝯtingūt eē ſine alijs:ꝛ alia nõ ſine ipſis. Teſtāte Ar.5.meta.ca.de priori. Quuȝ igiꝭ cõpoſitū prius gñeꝭ q̃ȝ ſuū eſſe:nõ repugnabit compoſito fieri ꝛ gñari ſine ſuo eē. Nec valet dicere ꝙ eſſe neceſſario ꝯcomitaꝭ cõpoſitū:q: nõ cõcomitaꝭ ipȝ vt terminus actionis agētis nãlis:ſed vt terminus actionis diuine:ꝛ (quum deus nõ agat ex neceſſitate nãe:ſed libere ad extra:quū cõpoſitū fiat a gñante) poterit deus non dare eſſe ipſi cõpoſito. ¶ Nec ratio adducta de effectu vniuerſali:ꝛ cā vniuerſali aliqualiter cogit. Naȝ aut ipſa peccat per fallaciā equiuocationis. Aut minor rõnis erit falſa. ¶ Pro quo notādū ꝙ vniuerſalius dicaꝭ duobꝰ modis: ſcilȝ ſm predicationē ꝛ perfectionē. Jllud eſt vniuerſaliꝰ predicatione:cuius ratio dicaꝭ aut repiꝭ in pluribus. Jllud aūt eſt vlius ſm perfectionē:cuius rõ eſt pfectior:aut pluriū perfectionū cõtentiua. Quādo ergo tu dicis.effectus vniuerſalis hȝ reduci in cauſas vl'es:aut tu itelligis de vli ſm perfectionē (in maiori:ꝛ in minori) aut ſȝ predicationē:ſic ꝙ in vtraqȝ ṗmiſſa vniformiter accipiatur vlius:ſi ſic:minor eſt falſa:ꝙ eē ſit effectus vl'ior ſm perfectionē:q: qḋ ſtat cū imperfectiſſimo ente:nõ pōt eē vlius ſm pfectionē:q: nihil eſt primuȝ impfectiſſimo: aut ſtat cū ipſo:niſi ſit impfectuȝ. Eſſe aūt eſt hꝰ:igitur minor eſt falſa. Si v̇o tu aſſumas in vtraqȝ ṗmiſſa vlius ſm ṗdicationē.maior eſt vera:ꝛ adhuc minor eſt falſa: q̃ȝtuȝ ad iſtā partē:ꝙ deus ſit cā vl'or ſm predicationē. Si v̇o aliter ſumas vlius in maiore:ꝛ aliter in minore:argumentuȝ eſt in q̃tuor terminis:ꝛ peccat ſm equocationē. ¶ Dōm eſt igiꝭ:ꝙ genitū ſm eē eſt nõ ſolū a deo:veꝝ ēt a gñante: ꝛ ab oibus cauſis eēntialr̃ ordinatis:ita ꝙ ad eundē eſſe cā ſm eundē gradū ꝯcurrūt oēs cãe ṗdicte ordine eſſentiali. Nõ qdē ſic ꝙ in aliquo priori nã deus cauſet eē cõpoſiti:in quo nõ cauſat gñans:aut aliqua cauſa ſecūda. ¶ Pro quo notandū:ꝙ ordo nãe vno mõ eſt īter aliq̃ que poſſunt eſſe ſine ſe:inuicē (aut cauſare) ſine ꝯdictiõe. Alio mõ ordo nãe eſt inter aliqua:quoꝝ vnū eſt pfectius reliquo:aut perfectius ꝛ principalius agit. Si loq̃mur de ordine nãe ṗmo mõ:nõ eſt ordo talis inter primā cãȝ cauſantem eſſe:ꝛ ipſum generās:ſed in quocūqȝ inſtanti nature prima cauſa cauſat eſſe cõpoſiti:in eodē inſtāti nature generans cauſat idē eſſe. Licet (ſcḋo mõ loquēdo) prima cā principalius cauſet q̃ȝ cā ſcḋa aut generās. ¶ Aduertendū tñ ꝙ lȝ ipſum eſſe ſit a cauſa prima ꝛ ſcḋa ſil':eē tñ in tali gradu determinato ꝛ determinate pfectionis: eſt a cā ſecūda.ſ.a gñante ꝛ nõ a prima. Nam cauſa ſecūda nõ addiꝭ prime ad ṗducendū effectum ſm eſſe.niſi vt addaꝭ ordinata ꝛ limitata pfectio effectui:que limitatio perfectionis nõ poſſet eſſe a cauſa prima ſolū:ꝛ maxime ſm principia Ar.ponētis primā cãm agere ex neceſſitate nãe. Quecūqȝ eni cauſanꭍ ab aliqua cā imediate agēte ſm vltimū virtutis ſue (ſicuti eſt cā nãlis) ſunt eque perfecta ꝛ in eodē gradu pfectionali. Jgiꭍ ſi oia eēnt imediate a deo cānte ex neceſſitate nãe eſſent eque pfecta. ¶ Sed inſurgit difficultas ꝓp qḋ deus ꝛ intelligētie dicunꭍ eſſe cãe entitatis rei ſm Ar.vt ſuperius allegatū eſt in.4.ꝛ in 6.meta. ¶ Rñdetur primo:ꝙ ſic dicunꭍ:q: entitas tan q̃ȝ effectus

effectus primus eis principalius attribuitur. Sunt eni
principaliores cauſe in eſſendo: ꝛ in cauſando. Igiť (cuꝫ
primū cauſatū in re ſit rei entitas: dicēte. Proculo libro
de cauſis. Prima rerū creatarꝫ eſt eſſe. hoc eſt. primū habi
tum ꝛ productū in re: eſt eſſe) entitas ꝛ eſſe tanquaꝫ p̄m⁹
effectus cauſis primis principalius dꝫ attribui: ꝛ ita ap
propriate dicunť cauſe entitatis: non quidē qꝛ alie cauſe
nō concurrant: ſed qꝛ non ſic primo ꝛ principaliter cau
ſant. ¶ Alio mō pōt exponi textus Ar. qꝛ entitas ſimplr
dī eſſe a talibus cauſis: qꝛ ſpecificatio ꝛ determinatio ef
fectus eſt ab agēte ꝑticulari: ꝛ ab alijs cauſis ꝑticularib⁹:
vt dictū eſt ſuperi⁹. Nā qꝛ vl̄es cauſe nō ſpecificāt: ſed ꝑti
culares: ideo dꝛ ꝙ talis entitas eſt a ꝑticularibus: ſed en
titas abſolutis accepta ab vl̄ibus. ¶ Tertio mō pōt dici
ꝙ prime cauſe dicuntur cauſe entitatis: qꝛ aliqđ cauſant
ꝛ effectiue ſine motu vt alias diximus in qōne. Utrum
metaphiſicus poſſit ꝓbare ſbās ſepatas eſſe. Et tale cau
ſatū ſine motu ꝛ mutatiōe eſt inſenſibile ꝛ imāle. Eſſe er
go ſimplr eſt a cauſis vl̄ibus. Sed eſſe ſenſibile aut māle
a particularibus que non cauſant ſine motu.

Ex his quātū ad 3ᵐ arti. R̄ndetur ad qōnē ſm du
plicē ɔ̄nē. prima eſt hec. Ens inq̄ꝫtū ens (ſpe
cificatiue) hꝫ principia icōplexa put ens includiť in ſuis
īferiorib⁹: que ɔ̄ declarať. Nā qđ cōpetit alicui iferiori cō
tento ſub ente: nō repugnat rōni entis. ſed aliqđ ɔtentū
ſub ente eſt ꝑncipiatū ꝛ hꝫ principia incōplexa. igiť non
repugnat enti ſub rōne abſoluta entitatis habere princi
pia incōplexa. ¶ Scđa ɔ̄ eſt: ꝙ ens inq̄ꝫtū ens hꝫ p̄n⁴ vt
ly inq̄ꝫtū. teneť reduplicatiue que ſūt p̄n⁴ inherētie ꝓprie
tatū ad ipſum ens. Iſta ɔ̄ probať. Oē ſbm habēs ꝓprie
tates ꝛ paſſiones per ſe p̄mo ſibi inherētes hꝫ p̄n⁴ ꝑ que
tales ꝓprietates poſſunt ſciri ꝛ demōſtrari de ipſo ens ē
hꝫ. ḡ ꝛc. De iſtis autē principijs locutus eſt Ar. p̄ poſte
rioꝝ. quum ait ſubiectū hꝫ ꝓprietates ꝛ principia. Non
eni intellexit de principijs in eſſe nature vt intelligať ſub
iectum ſcientificū neceſſario habere talia principia: ſed
ſolū de principijs inherētie: que ſunt principia ſubiecti
non ſm eſſe: ſed in eo ꝙ ſcibile. Et ſic patet ad queſtionē.

De vltimo arti. Ad argumēta p̄ncipalia: ad p̄ᵐ
rūdeť ꝙ ens pōt cōſiderari vel in ſe:
vel in ſuis inferioribus. Si in ſe ꝛ in cōi: nō hꝫ principia
icōplexa. Si vt includiť in ſuis inferioribus: ſic hꝫ princi
pia. Et ad iprobationē cū dicis: ꝙ tūc darenť due entita
tes in re. R̄ndeť negando ɔ̄ntiā. Et ad ꝓbationē: ꝙ enti
tas ꝑticularis limitata diſtinguiť ab entitate in cōi. Di
co ꝙ entitas que accipiť vt limitata: eſt eadē cū ſeipſa acce
pta in cōi. eadē eni entitas pōt ɔcipi cōceptu determina
to ꝛ adequato ipſi rei: vel pōt ɔcipi conceptu indetermi
nato: ꝛ inadequato rei a qua accipiť: ꝛ ita q̄ñcunqꝫ ſit
vna entitas in re ꝛ in effectu: in intellectu tñ ex ñs obiecti
ue diſtinguiť ſm ɔceptū determinatū: ꝛ indeterminatū:
ꝛ ita non habes ꝙ alia ſit entitas ꝑticularis in re ab illa
que ɔcipiť vt in cōi. cū ſemp ſit eadē ſm rē: differens ſm
intellectū abſtrahentē ꝛ ſm ɔceptū abſtractū. ¶ Ad 2ᵐ re
ſponſum eſt in corpore qōnis: ꝙ ens vt ſubm metaphi.
non hꝫ p̄ncipia incōplexa: qꝛ vt ſic accipiť in cōi. Sed be
ne hꝫ p̄ncipia cōplexa: que nō ſunt principia ipſius quā
tū ad eſſe: ſed ſolū q̄ꝫtū ad eius ſcibilitatē: ꝛ ſic dicunť po
tius principia inherētie paſſionū: q̄ꝫ dicanť principia en
tis. Et quum tu dicis ꝙ ens limitatū non hꝫ talia p̄nci
pia. Negať: propterea qꝛ quicquid eſt mediū ad ſciendū
aliq̄ꝫ paſſionē de inferiori: ḡ ens limitatū habet talia p̄n
cipia. ¶ Poteſt etiam dici negādo argumentū in ea for
ma qua deduciť: qꝛ in ipſo ɔcurrit duplex fallacia: p̄ma
eſt: quia procedit ex puris indefinitis. Ex quibus nihil
concluditur. Alia fallacia eſt: quia argumentum eſt in
tertia figura minore exiſtente negatiua: ꝛ ſic nihil con
cluditur. quare ꝛc.

¶ Ens autē multis modis dr ꝛ ad vnā aliquā naturā. Tex. cō. ij. Q̄ō. ij.

Mouetur queſtio. Utruꝫ ens qđ eſt
cōmune deo ꝛ creature
ſit vniuocū: ſic ꝙ habeat aliq̄ꝫ vnā rationē
formalē cōem deo ꝛ creature. ¶ Et arguiť
negatiue. preſupponēdo tria. p̄mū ꝙ nihil
eſt itelligibile: niſi includat ipm ens q̄dita
tiue. Iſtud p̄ſuppoſitum ꝓbať. intelligibilitas eſt paſſio
entis. paſſio nō pōt cōpetere alicui niſi cui competit ratio
formalis ſubiecti. ſicut nihil pōt eſſe riſibile niſi ſit homo.
ꝛ includat rationē formalē hoīs. ¶ Secundo p̄ſupponi
tur: ꝙ nullū cōe diuidiť niſi ſit in ſe vnū ꝛ vniuocū. Iſta
ꝓpoſitio patet: qꝛ qđ eſt in ſe diuiſum nō poteſt diuidi.
¶ Tertiū preſuppoſitū eſt. ꝙ ɔ̄tinens nunq̄ꝫ includit qui
dditatiue ipm ɔ̄tibile. Silr diuidēs nunq̄ꝫ icludit q̄dita
tiue ipſum diuiſum. Iſta ꝓpoſitio ꝓbať: qꝛ ſi ſicut iclu
deret p̄ſe ipſum diuiſum: aut aliqđ aliud. Non eſt dan
dū p̄ᵐ. qꝛ tūc in diffōne cōmitteret nugatio: qꝛ in ea poni
tur diuidēs ꝛ diuiſum (ſicut in diffōne hoīs poniť aīal ꝛ
rōnale.) Et ſi idē iportaret per vtrūqꝫ: idē bis repeteret. ſi
dať 2ᵐ ſequiť idē qđ prius. ſ. ꝙ aliqđ idē bis dī. ¶ His p̄
ſuppoſitis arguiť ſic. ſi ens ſit cōe: vt dictū eſt (cū ſit vnum
ꝛ vniuocū) diuideret per aliq̄ diuidentia. ſint illa exēpli
gratia finitū ꝛ īfinitū. Aut finitū icluderet ens q̄ditatiue
aut nō. Nō eſt dādū primū ex tertio p̄ſuppoſito. ḡ dādū
eſt 2ᵐ. ſ. ꝙ nō includit ipm ens q̄ditatiue. ſed qđ non eſt
ens q̄ditatiue: nō eſt itelligibile. igiť finitū nō eſt intelligi
bile. igiť nec verū. ¶ Sed ad hoc r̄ndent Sco. ꝙ nō opꝫ ꝙ
illud qđ eſt itelligibile ſit ens q̄ditatiue: ſꝫ ſufficit ꝙ ſit ens
realr ꝛ idētice. ¶ Cōtra. oīs ɔceptus vniuocus hꝫ vnam
rōnē formalē tm̄: ḡ rō formalis entis erit tm̄ vna. Antece
dens eſt euidēs: qꝛ ſi conceptus habet multiplices rōnes
formales. nō eſſet vniuocus: vt patet ex diffōne vniuoci ꝛ
equiuoci. Tūc ſic iſta vna ratio formalis entis aut eſt rea
lis: aut q̄ditatiua. Si eſt realis: ḡ tm̄ realiter icluderetur in
diuidēte: ergo ipſum diuidēs nō erit itelligibile: vt pri⁹
arguitū eſt. Si aūt eſt quiditatiua: ḡ quiditatiue include
tur in diuidēte: qꝛ qđ eſt in ſe quiditatiuū: eſt cuilibet al
teri quiditatiuū. ɔ̄ns eſt falſum: ꝛ cōtra tertiū preſuppo
ſitū. igitur ꝛ antecedēs. ¶ Itē ꝙ tm̄ realiter ens includať
in diuidēte. ſ. finito: improbatur. qꝛ certū eſt ꝙ finitū di
uidens ens diſtinguiť ab ente: ergo eſt vnū. qđ eſt vnū:
eſt ens etiā quiditatiue: qꝛ impoſſibile eſt ꝙ paſſio (vt di
ctū eſt) cōpetat alicui: niſi illi cōpetat ratio ſubiecti. ¶ P.
ſi in ente cōcurrunt realitas ꝛ quiditas. ita ꝙ ratio entis
ſit realis ꝛ quiditatiua: aut realitas entis eſt prior quidi
tate entis ſaltē ſm rōnē. aut econtra. ſi dicas ꝙ eſt prior: ḡ
diuidentia in illo priori erunt p̄ſe ens realiter: ꝛ ſic non
erunt intelligibilia ex p̄mo preſuppoſito. Si autē quidi
tas eſt prior: ergo diuidētia includēt rōnē entis quidita
tiue: ꝛ ita erit cōtra tertiū p̄ſuppoſituꝫ. Ex quo ſequiť: ꝙ
ens nullo mō pōt diuidi: ꝛ ex ɔ̄nti nō eſt vniuocū. ¶ Se
cundo p̄ncipaliter arguiť. illa que vniuocanť in aliq̄ cōi
habēt aliq̄ꝫ ſimilitudinē: ſed inter ens creatū ꝛ increatuꝫ
nulla pōt eſſe ſilitudo. Tum qꝛ in infinitū diſtant (qꝛ tan
ta diſtātia eſt inter extrema: q̄tus eſt exceſſus pfectionis
extremi. extremū perfectius eſt ens icreatū: ꝛ excedit crea
vt etiam conceditur ab aduerſarijs. ergo nãa eſt principium agendi: tam in actione reali: qꝫ in actione intẽtionali in ſenſum. Ex hoc arguitur: ſicut principium agẽdi in ſenſuꝫ eſt ipſa nãa: ita ratio terminãdi actum ſenſus eſt ipſa nãa. Pꝛobo hoc dupl'r. Pꝛimo gñatio vniuoca hꝫ pꝛo principio formali ⁊ termino formali aliquid eiuſdẽ rõnis: qꝛ gñatio vniuoca eſt illa in qua pꝛincipium formale ⁊ terminus formalis ſunt eiuſdem rationis: ſed gñatio cõceptus in mẽte. ⁊ ẽt in ſenſu eſt aliqualiter vniuoca: qḋ ꝓbatur ex ſnia Ar. 7. metaphi. tex. cõmẽti. 30. qui vult generationẽ domus extra a domo in mẽte eẽ vniuocam. ergo ſimiliter gñatio vel ꝓductio obiecti i ſenſu erit vniuoca. ergo ſi pꝛincipiũ formale iſtius actionis erit nãa: ⁊ terminus formalis etiam erit natura: vt diſtinguitur a ſingularitate. Ex hoc arguitur ſic. qḋ eſt ratio terminãdi actionẽ ſenſus ex nãa rei circunſcripta ſingularitate eſt aliqḋ ens reale habẽs vnitatẽ realem: ſed natura eſt hꝫ. ergo nãa habebit vnitatem realẽ aliam ab vnitate ſingulari. Secundo pꝛobatur: idem (vꝫ. qꝫ rõ terminandi actum ſenſus ſit ipſa nãa) ſic. Sub q̃a ratione aliqd terminat actum ſenſus: ſub qua cognoſcitur. Sed obiectũ ſenſibile nõ cognoſcitur ſub rõne ſingularitatis: ſed ſolum ſub ratione nature. ergo ⁊c. Maioꝛ eſt manifeſta: minoꝛ autem ꝓbatur: qꝛ obiectũ ſenſibile ſm ꝓpꝛiam vnitatem numeralem non cognoſcitur a ſenſu: neqꝫ ab intellectu: qꝛ circunſcripto ſitu: loco. ⁊ alijs que adueniunt a poſterioꝛi ipſi ſingulari: ſi ſingulari ſũt ſimillima: nulla iſtarum potentiarũ diſtinguit vnuꝫ ab alio: ſed tñ cognoſcitur ſm aliquã vnitatẽ. ergo ſm aliam vnitateꝫ ab vnitate numerali. ¶ Et confirmatur. Quia neqꝫ ſenſus: neqꝫ intellectus cognoſcat ſingulare ſub ꝓpꝛia ratione ſingularitatis: qꝛ detur oppoſitũ. ergo ſenſus ⁊ intellectus cognoſcit ipſum obiectum ſm conceptum ſibi ꝓpꝛium: ⁊ alteri incompoſſibileꝫ: ſed quecunqꝫ potẽtia ſic cõpꝛehẽdit obiectum: diſtinguit illud a quocũqꝫ alio. ergo poterit talis potẽtia diſtinguere tale obiectuꝫ: ſed hoc eſt falſum. igitur illud ex quo ſequitur. Hec ratio videbitur magis in. 7. metaphiſi. (domino cõcedẽte) vbi fundabitur efficacioꝛibus fundamẽtis. ¶ Itẽ arguitur 3° pꝛincipaliter. Menſura pꝛima alicuius generis habet aliquã vnitateꝫ realẽ: ⁊ nõ niſi aliam ab vnitate numerali. ergo ꝯcluſio vera. Antecedẽs pꝛobatur. ¶ Pꝛeſupponẽdo pꝛimo qꝫ Ar. 10. metaphi. tex. cõmẽti ſecũdi ⁊ tertij. ꝓbat qꝫ rõ menſure maxime competit vni: ſeu vnitati: ita qꝫ vnitas eſt cõditio intrinſeca mẽſure: ⁊ ratio mẽſurãdi. ¶ Pꝛeſupponitur ſecũdo: qꝫ ens reale nõ poteſt mẽſurari ab ente rõnis: qḋ pꝛobatur: qꝛ cũ mẽſuratũ dependeat a mẽſura eẽntialiter (ſi ſit menſura in genere: cõmõ quo loquitur Ar. in 10. metaphiſi.) ⁊ ens reale nõ poteſt depẽdere eſſentialiter ab ente rõnis. ergo ſi menſuratũ eſt reale: ⁊ mẽſura eſt realis. ¶ Pꝛeſupponitur 3° qꝫ iter idiuidua eiuſdem ſpẽi nõ eſt oꝛdo eẽntialis. hoc patet de mẽte Ar. 3° metaphi. tex. cõmẽti. xj. vbi in hoc ꝯcoꝛdat cuꝫ Pla. Nec valet qḋ dicit Cõmẽ. qꝫ iter idiuidua eiuſdem ſpẽi non eſt pꝛius ⁊ poſterius. poſterius inquã. qḋ ꝯſtituatur per pꝛius. Quia hoc nõ eſt ad intẽtionẽ Ar. qui vult aſſignare rationẽ ꝓpter quã Pla. ponebat ideã ſpeciei ſpecialiſſime: ꝑ cuius participationẽ indiuidua erãt illud quod ſunt: ⁊ nõ ponebat ideam generis. Ratio ipſius erat: qꝛ in ſpeciebus eſt oꝛdo eſſentialis: pꝛopter quem poſterius poteſt reduci ad pꝛius. In idiuiduis autem nõ eſt talis oꝛdo: ⁊ ideo idiuidua habẽt reduci ad ideam ſpẽi: ſicut ad pꝛĩcipiũ cuius pticipatione habẽt eſſe. ¶ His ſtãtibus arguitur ſic. Illud qḋ eſt pꝛima mẽſura gñis (vt pꝛima mẽſura) eſt aliquod vnum vnitate reali: ⁊ nõ eſt vnum vnitate numerali. ergo datur alia vnitas realis ab vnitate numerali. cõſequentia eſt euidẽs: ⁊ antecedẽtis pꝛima pars eſt nota ex pꝛimo ſuppoſito: ⁊ etiam ex ſecũdo (Sicut enim mẽſura a q̃ depẽdet ens reale eſt realis: ita oĩs conditio que cõpetit ſibi in eo qꝫ mẽſura erit realis. Sed conditio mẽſure eſt ipſa vnitas. ergo iſta vnitas erit realis.) ſecũda pars antecedẽtis apparet ex vltimo. Nã pꝛima mẽſura gñis nõ eſt aliquid ſingulare: dicẽte Ar. qꝫ in iſtis nõ eſt pꝛius ⁊ poſterius. ergo erit alia vnitas ab vnitate numerali. ¶ Itẽ arguitur quarto. Foꝛme ſm quã pꝛopꝛie eſt comparatio ẽ vnitas realis: ⁊ iſta eſt alia ab vnitate numerali. ergo ꝓpoſitũ. Antecedẽs pꝛobatur pꝛo pꝛima pte: certum eſt qꝫ nihil vnũ ⁊ idem comparatur ſibi ipſi. opoꝛtet enim qꝫ illud ſꝫ qḋ ſit comparatio ſit aliquod in diuerſis: ⁊ ſi ſm iſtud ſit cõparatio ſm equalitatem aut ſimilitudinem maxime eſſentialem opꝫ qꝫ tale per qḋ ſit comparatio ſit vnuꝫ: ⁊ habeat vnitatem vt ꝓbat inferius. Iſta aũt vnitas nõ põt eſſe rationis. Nam ſi iſta vnitas eẽt rõnis: ſequeretur qꝫ ſicut ſit comparatio ſm Ar. 7. phiſi. in ſpẽ ſpẽaliſſima: ita poſſet fieri in gñe. Quod ꝓbatur. Nõ minus genus eſt vnũ vnitate rationis in intellectu: ⁊ vnũ itelligibile numero apud intellectum qꝫ ſit ſpẽs ⁊ foꝛma ſpecifica. ergo ſi illud in quo ſit cõparatio ſit vnũ vnitate ratiõis: ita qꝫ iſta vnitas ſufficiat: nõ magis erit comparatio in ſpẽ qꝫ in gñe. Sꝫ hoc cõſequens eſt cõtra intẽtionẽ Ar. ergo ⁊c. Secũda pars antecedẽtis patet. Nihil ꝓpꝛie comparatur ſibi ipſi: neqꝫ idem pꝛopꝛie eſt ſimile ſibi ipſi. ergo comparatio nõ ſit reſpectu alicuius: qḋ ſit vnum ⁊ idem numero: ⁊ tale de neceſſitate habet aliquã vnitatẽ. ergo habet aliam vnitatem ab vnitate numerali. ¶ Itẽ arguitur qnto. Similitudo: equalitas: identitas ſunt relationes reales. ergo habẽt fundari ſuꝑ aliquod vnũ reale: qꝛ nõ maioꝛis entitatis eſt fundatuꝫ qꝫ fundamẽtũ. Aſſumptũ ꝓbatur. Quia iſte relationes cuꝫ ſint equiparãtie fundantur imediate ſuꝑ vnum: ſicut pꝛimũ ⁊ imediatũ fundamentũ: vt habet phs. 5. metaphiſi. cap. de ad aliqḋ. ſed iſtud vnum nõ eſt aliquid vnuꝫ numero: qꝛ ſimilitudo ſpecifica ſil'r idẽtitas. nõ poſſunt fundari ſuꝑ vnitatẽ ſingularis: ſed ſuꝑ vnitatẽ nãe in ſpẽ: qꝛ ſingulare inquãtũ ſingulare eſt: ⁊ ꝑ rõnẽ ſingularitatis ẽ omnino diuerſum ab alio. Iſta autem vnitas nãe que eſt realis: vt pꝛobatum eſt: eſt alia ab vnitate numerali. ergo ꝓpoſitum. ¶ Quia ſi tu dicas vt dicit Herueus: qꝫ eſt vnitas cõfoꝛmitatis: qꝛ vnũ ſingulare eſt cõfoꝛme alteri ſingulari in eadẽ ſpecie: ⁊ nõ ſingulari alterius ſpẽi: que cõfoꝛmitas fundatur in vno: ⁊ terminatur in altero. ¶ Contra hoc arguitur. Quecũqꝫ mutuo referuntur: referuntur relationibus fundatis in ipſis foꝛmal'r. Sed duo idiuidua eiuſdem ſpẽi. dicuntur ſilia ſilitudine mutua. ergo quodlibet iſtorum fundat in ſe ſilitudinẽ. ſilitudo auteꝫ iſta fundatur in aliq̃ vnitate: aut ergo fundabitur in vnitate numerali: aut in aliq̃ alia vnitate. Nõ eſt dicẽdũ pꝛimũ: qꝛ in ſingularitate (vt ſingularitas eſt) talia idiuidua ſũt oĩno diſſimilia. ergo fundabitur iſta ſilitudo i aliq̃ alia vnitate ab vnitate numerali. ⁊ cũ iſta ſilitudo ſit realis (qꝛ hꝫ eſſe circunſcripto omni ope itellect') ſequitur qꝫ ꝯcluſio erit vera. ¶ Iteꝫ ſexto arguitur. Si oĩs vnitas realis eſt numeralis. ergo oĩs diuerſitas realis erit numeralis. Cõſequẽtia ꝓbatur. Idẽ eni ⁊ diuerſum ſunt imediate oppoſita. ex. 10. metaphiſi. ⁊ quot modis dr̃ vnũ oppoſitoꝛ: tot modis dr̃ ⁊ reliquum. ex pꝛimo thopicoꝛ. ergo qt modis dicetur vnũ: tot modis dicetur diuerſũ qḋ ſibi oppõitur (idẽ eni iportat idẽ qḋ vnũ) ergo ſi oẽ vnũ reale ẽ nũale. oẽ diuerſuꝫ erit nũale. Pꝛobatur ẽt eadẽ ꝯñtia: qꝛ vnũ ẽ illud qḋ ẽ idiſtictũ i ſe: ⁊ diſtictũ ab alio. ergo eomõ q̃ aliqḋ ẽ vnũ: erit ab alio diuerſuꝫ. Falſitas pꝛĩcipalis cõſequẽtis pꝛobatur. Quia ſi omnis diuerſitas realis eẽt numeralis. ergo omnia diuerſa realiter: equaliter differrẽt. cõſequẽs eſt euidẽter falſum: ⁊ ꝯñtia pꝛobatur. Vbicunqꝫ pꝛĩcipia ſunt equalia ⁊ equaliter diſtictiua: ibi eſt eq̃lis diſtinctio: ſed vnitates nũales ſunt pꝛĩcipia diſtictiua reſpectu diuerſitatis nũalis: ⁊ iſte vnitates ſũt eq̃les in oĩbus ſingularibus: ⁊ equal'r diſtinctiue. ergo diuerſitas pꝛouenies ab iſtis vnitatibus erit equalis. minoꝛ pꝛo

prima parte pʒ. pro ſecūda ꝓbatur. Nō enim vna vnitas numeralis eſt maior aut minor alia vnitate numerali: cū eque ſit quelibʒ icōmunicabilis ⁊ idiuiſibilis realr̄ ⁊ extra itellectū. ergo vna non magis diſtinguet ꝙ̄ reliqua. ¶ Oʒ ſi tu inſtes. Si. n. iſta ꝑpō aſſumpta ſit vera (quecūqʒ ꝑncipia diſtinctiua ſunt equalia ⁊c̄.) ſequit̄ ꝙ diuerſitas numeralis erit maxima diuerſitas: quia ſumpta illa maiore addo minorē: ſed vnitates ille numerales ſunt maxime vnitates in re ⁊ reales. ergo diuerſitas correſpōdēs iſtis vnitatibus erit maxime diuerſitas: qḋ eſt falſum. ¶ Ad hʼ rn̄det̄: ꝙ maior ſic habet intelligi. Quecūqʒ ꝑn° diſtinctiua ſunt equalia: ⁊ equaliter diſtinctiua: diuerſitas correſpōdens ꝓportionabiliter iſtis principijs diſtinctiuis eſt equalis. Sed tūc dico ꝙ vnitates iſte numerales non ſunt principia diſtinctiua maxia diſtinctiōe: ſed ſolum diſtinctione numerali: que proportionabiliter iſtis principijs corrn̄det. Unde bene ſequit̄ ꝙ ſi principia iſta diſtinguant ⁊ ſint equalia: ⁊ equaliter diſtinctiua: diuerſitas illa que inſequit̄ iſta ꝑncipia (q̄liſcūqʒ ſit) in gradu ſuo erit eq̄lis: q: vbi eadē cauſa ⁊ eque ꝑfecta: ibi idē effectus: ⁊ eque ꝑfectus. ¶ Itē 7° arguit̄ ad ꝯcluſionē principalē. Nulla vnitas realis amouet̄ ab aliq̄bus: niſi illa includāt aliquā diuerſitatem oppoſitā tali vnitati. Iſta ꝑpō ꝓbatur: q: oppoſitum non remouet̄ ab aliquo: niſi per aliud oppoſitum: aut per ꝯſentiā eius: ſed ita eſt: ꝙ indiuidua eiuſdē ſpeciei nō includunt aliquā diuerſitatem extra itellectū oppoſitā vnitati nature ſpecifice. ergo ab iſtis numeraliter diſtinctis: nō remouebit̄ vnitas nature extra itellectū. maior ꝓbata eſt: minor de ſe pʒ: q: diuerſitas aliquoꝝ eiuſdē ſpeciei eſt diuerſitas numeralis. Iſta aūt diuerſitas nō opponit̄ vnitati nāe ſpecifice: ſed ſolum vnitati numerali. Et ꝯfirmat̄ iſta ratio. Quecūqʒ non ſunt diſtincta neqʒ diuiſa extra itellectuʒ: neceſſario ſunt indiſtincta ⁊ idiuiſa extra itellectū. Iſta propoſitio pʒ. Sed idiuidua eiuſdē ſpeciei ſunt idiſtincta ⁊ idiuiſa extra itellectū in eadem ſpecie: q: circūſcripto omni ope intellectus Sor. nō diſtinguitur ſpecie a Platone. ergo iſta ſunt indiſtincta ⁊ idiuiſa extra itellectū: ſed ois idiuiſio ⁊ idiſtinctio ꝑſupponit vnitatē. ḡ iſta idiuidua eiuſdē ſpeciei habebūt aliquā vnitatē extra itellectū. ¶ Itē arguitur octauo ad principale. Diuerſitas maior ſuperueniens diuerſitati minori remouet aliquā vnitatē extra intellectū: quam minor remouere non pōt. Iſta ꝑpō pʒ: q: iperfectū non pōt in effectū cauſe ꝑfectioris: ſed diuerſitas ſpecifica remouet vnitatē ſpecificā extra itellectuʒ: ⁊ iſta eſt minor diuerſitate numerali. ergo diuerſitas numeralis extra itellectū nō poterit remouere vnitatē ſpecificam ſine diuerſitate ſpecifica. ⁊ per ꝯñs cū diuerſitate numerali: ſtat vnitas nāe ſpecifice extra itellectū. ¶ Itē nono ⁊ vltimo arguitur. Quecūqʒ diſtinguunt̄ realiter: ⁊ non ſm̄ oēm rationē incluſam in eis: habent aliquā vnitatē realiter. Iſta ꝑpoſitio pʒ: q: ſi a: ⁊ b: diſtinguunt̄ realiter ⁊ nō ſm̄ omnē rōnem icluſam in eis: ꝯueniunt in aliqua vna rōne: ⁊ ſi non diſtinguunt̄ realiter: ꝯueniunt realiter. Sed idiuidua eiuſdem ſpeciei diſtinguunt̄ realiter: ⁊ nō ſm̄ oēm rōnem icluſaʒ in eis. ergo ⁊c̄. Probatur minor primo. Quia exēpli grā. Sor. extra itellectū diſtinguit̄ a Platone iquātū homo: q: ſi ſic. ergo omnis hō diſtingueret̄ a Platone: Quia ly iquantū. reduplicatiue tantū: iſert vl̄e. ꝯñs eſt falſum. igit̄ ⁊ añs. Probat̄ ſcḋo eadē minor. Nulla ratio eſt diſtinctiua alicui° ab aliquo: qḋ non cadit ſub ꝯdictorio illi° (ſicut albedo nō diſtinguit albū: niſi ab eo qḋ cadit ſub nō albo) ergo hūanitas in ſorte non diſtinguet Sortē ab aliquo: niſi cadat ſub ꝯdictorio hois. ſ. ſub nō hoie: ſʒ Plato nō cadit ſub non hoie: nec eſt veꝝ ꝙ ſit non hō. ḡ humanitas in ſorte non diſtinguet ſortē a Pla. ergo Sortes ⁊ plato ſunt idiſtincti in hūanitate. ¶ Alie rationes poſſent adduci ad hāc eandē ꝯcluſionē ꝓbandā: quas (gratia breuitatis: ⁊ ne multitudo rōnum faſtidiū afferat) omittimus. ¶ Secunda cōcluſio ꝑncipalis eſt iſta. Unitas nāe eſt realis: non tm̄ vt habet eſſe extra itellectū in ſuis ſingularibus: verū etiā vt habet eſſe in itellectu obiectiue. ¶ Hec ꝯcluſio declaratur ꝑmittendo duas ꝑpōnes. prima eſt ꝙ aliquid habet eſſe duobus modis. vno modo extra intellectum oino. alio modo in itellectu. In itellectu aūt duobus modis. vno modo ſubiectiue. alio modo obiectiue. Subiectiue: ſicut actus intelligendi: habit°: ſpēs intelligibilis. Obiectiue ad huc duob° modis. vno mō habitualiter ⁊ primo. Alio modo actualiter ⁊ ſecūdario. Primo modo: ſicut obiectū in ſpecie que non actualiter mouet itellectū: ſed eſt in po^a ꝓxima ad mouendum. 2°. mō qñ ipſa ſpēs actu mouet itellectū. Obiectuʒ in ſpecie dr̄ hr̄e eſſe actualiter in itellectu obiectiue. Sed iſte ſcḋs modus adhuc ſubdiuidit̄: qm̄ aliqd habet eſſe obiectiuū actualiter in intellectu ante actum intelligendi ſaltem ordine nāe. Aliqd habet eſſe poſt actū intelligēdi: accipiens eſſe per ipſum: aut per actū cōparatiuū intellectus. Primo mō nā vl̄is in actu idcterminate poſitiue habet eſſe: qñqʒ in itellectu per ſpēm repſentantē ipſam. 2° mō. itentiones ſcḋe ſic hn̄t eſſe in itellectu: que itentiones ſcḋe cāntur per actū collatiuū itellectus: ⁊ tam diu manent in ipſo intellectu: q̄diu manet actus itelligendi. ¶ Scḋa ꝑpō que facit ꝑ declaratione ꝯcluſionis eſt: q: Ar. diſtinguēs ens in aia: ꝯtra ens extra aiam: non accipit ens in aia ſubiectiue: neqʒ etiā i aia obiectiue: ſiue habitualr̄ ſiue actualiter ante actū intelligendi. prima pars declaratur. Nam. 5. metaphiſi. diſtinguit ens in ens in aia. ⁊ ens extra aiaʒ. ens extra aiam imediate diuidit in. 10. genera. ergo qḋlibet qḋ eſt in genere ſm̄ ipm̄ eſt ens ex̄ aiam: ſed ſpecies intelligibilis ⁊ habit° ſilr̄ actus itelligēdi ſunt vere qualitates exiſtes per ſe in ꝑdicamēto q̄litatis: ⁊ ſunt entia in aia ſubiectiue. ergo entia i aia ſubiectiue ſunt entia extra aiam ad modū loquēdi ipſius. Scḋa pars ipſius ꝑpoſitionis ꝓbat̄: q: genera ⁊ ſpēs ſm̄ ipm̄: capiēdo iſta pro itentionib° ꝑmis ſunt i aia obiectiue: ſed iſta ſunt ex̄ animam: q: ſunt per ſe in genere. ergo entia in aia obiectiue ſunt entia extra aiam. Ex quo ſequit̄ ꝙ ens in anima diſtinctū ꝯtra ens extra aiam eſt ꝑ ſe eſſe ens obiectiue in anima actualiter poſt actū intelligendi: vel accipiens eſſe per aliquē actū collatiuū itellectus: de quo dcm̄ eſt in vltimo mēbro iſtius diſtinctionis. Ex hoc apparet ꝯcluſio nr̄a: ꝙ ſiue capiatur nā vt hʒ eſſe obiectiuū in aia habitualiter: ſiue vt actualiter ante actū itelligēdi: nā iſto modo accepta eſt ens ex natura rei. ergo ſibi corrn̄det aliqua vnitas ex natura rei. ꝯña pʒ: quia vnicuiqʒ entitati corrn̄det ſua propria vnitas: cum vnitas ſit paſſio entis. ¶ Tertia ꝯcluſio. Qꝫ vnitas vniuerſalis in actu eſt vnitas rōnis. ¶ Pro cuius intelligentia eſt aduertendū: ꝙ vl̄e cum ſit nomē concretum: vt dcm̄ eſt ſuperius pōt accipi: vel pro ꝯceptu quē ꝑ ſe iportat hoc nomē vl̄e: vel pro denoīato a tali ꝯceptu: qḋ eſt fundamētū ipſius conceptus. Si capiatur vniuerſale pro per ſe ꝯceptu: tunc vniuerſale iſto modo nihil aliud eſt ꝙ̄ relatio rationis. quia intellectus cōparat vnam itentionem primam in itellectu ad aliam itentionem primam per modū predicabilis: ⁊ ſubijcibilis. ſ. cōparando animal ad hominem: iſta comparatio non eſt niſi reſpectus rationis in aiali derelictus ab actu collatiuo itellectus. Qui reſpectus rationis ex parte animalis appellatur gen°: ⁊ ex parte hominis reſpectus derelictus in eo appellatur ſpēs: quia iſta nomina genus ⁊ ſpecies ſunt impoſita ad ſignificandos iſtos reſpectus: ⁊ iſti reſpectus ſunt itentiones ſecunde fundate in intentionibus primis: ⁊ in cōceptibus prime itentionis: Hoc eſt in ipſis quiditatibus ⁊ rationib° formalib° itellectis ⁊ cōſideratis ab itellectu. Ex quo ſequitur ꝙ vl̄itas que

eſt p ſe cóceptus vlis: eſt ens rónis: ꝛ eius vnitas eſt mere itentionalis. Et ſm h pót itelligi illud cómune dcm: ꝙ vle dependet ab itellectu: ꝛ eſt de cóſideratione logice. Alio modo pót accipi vle non pro per ſe ſignificato. ſed pro denominato a ↄcc. tu vlitatis: qd denominatum eſt fundamétú ipſius vlitatis: ꝛ túc tale denoiatú pót capi: vel p fundaméto remoto vlitatis: vel p fundaméto pximo: ꝛ imediate denoiato ab vlitate. Si capiaꝛ vle ꝑ mó ſic nã ipſa actu exñs in ſingularibus: ꝛ participata ab ipſis dr vlis. dr ſic inquã: qꝛ nó eſt de ſe hec: ſed ſibi nó repugnat eſſe in multis: ꝛ vlterius cum ſit ideterminata priuatiue ꝛ negatiue: (que indeterminatio facit ad ipſam vlitaté) nã iſto modo dr vlis: nó qdem in actu: ſed remote ꝛ in poᵃ. Alio modo capiendo vle: nã abſtracta ab oibus ſingularibus indeterminata poſitiue: ꝛ ↄrie dr vlis in actu: quia tota ró vlis: ꝛ cópleta ↄſiſtit in ideterminatione nãe reſpectu cuiuſlibet ſingularis. Uñ ſicut ró ſingularis ↄſiſtit in h ꝙ ipſa nã ſit determinata p ſingularitatem: ita ratio vlis ↄſiſtit in h ꝙ ipſa nã eſt idetermiata in determiatione oppoſita determiationi q̃ hꝫ fieri p ſingularitaté. Iſtã aũt indeterminationé poſitiuã nó hꝫ nã: niſi ab itellectu agente pducéte ſpém intelligibilé repñtantem ipſam abſtracte. Uel ab itellectu poſſibili ſꝫ aliã opinioné: cuiꝰ eſt abſtrahere qditaté ꝛ nãꝫ ab oi ſingularitate. Et ſm h pót exponi illud Cómen. in ꝑ de aia. cóméto 8. Qꝫ itellectꝰ agens eſt ille q facit vlitaté in rebꝰ. Ex quo ↄcludiꝛ: ꝙ vle fundamétale (vel p fúdaméto pximo: vl' p fundaméto remoto) hꝫ vnitaté ex nã rei. De vli p fundaméto remoto pꝫ ex dictis in ꝑᵃ ↄne ꝙ habeat talé vnitatẽ ex nã rei. De vli p fundaméto pximo. h idé apparet ex dictis in ſcda ↄne. Nã illud qd hꝫ eé ex nã rei. hꝫ vnitaté pportionalr ſibi corńdété. Sꝫ nã exñs obiectiue in itellectu: determiate ꝛ poſitiue hꝫ eſſe ex nã rei: qꝛ ſic hꝫ eé ante actú itelligédi vel ordine tpis: vel ordine nãe. g̃ talis nã hꝫ eé ex nã rei. ꝛ p ↄñs hꝫ vnitaté ſibi pportionaliter correſpondentem.

Sed quantũ ad 3ᵐ artiᵐ circa ea q̃ dicta ſunt inſurgũt due difficultates. Prima difficultas eſt: qꝛ dcm fuit in ꝑᵃ ↄne ꝙ nã hꝫ aliquã vnitaté realem minoré vnitate numerali: ꝛ diſtinctã ab illa. Cótra h argr. Quicqd eſt in vno numero ꝛ ſingulari eſt vnũ numero ꝛ ſingulare. Sed ita eſt ꝙ nã ſpecifica eſt in ſingulari qd eſt vnũ numero. ergo iſta nã erit vnũ numero: ſꝫ: quicqd eſt vnũ numero eſt pluribꝰ incóicabile. ergo iſta nã vt eſt in ſingularibus: aut in quocũqꝫ ſingulari erit incóicabilis. ¶ Ad h argᵐ rñdetur: qꝛ a ſili dicerem. Quicqd eſt in vna ſpecie eſt vnã ſpé: ſed ita eſt ꝙ nã aialis eſt in vna ſpé: puta in homine. ergo nó poterit diuidi in plures ſpés: neqꝫ pluribꝰ ſpébꝰ cóicari: Et ió rñdendũ eſt: ꝙ ſicut aliqd eſt aiatú denoiatiue. ꝛ aliqd p ſe ꝑ. (denoiatiue: ſicut corpus dicitur eſſe aiatú. per ſe ꝑmo: ſicut homo: qꝛ iſta eſt p ſe in ꝑmo modo. homo eſt aiatus: ſic etiã in pdicatis accidentalibꝰ ſupficies eſt alba denoiatiue. ſupficies alba eſt alba. vel includit albedinẽ p ſe primo: quia ſbm includit pdicatú.) Ita dóm eſt in ppoſito. ꝙ aliqd eſt p ſe primo vnũ numero: aliqd per ſe nó primo vnum numero. aliquid vero pure denoiatiue: ꝛ per accñs eſt vnũ numero. Exẽplũ primi. dicimꝰ ꝙ pprietas indiuidual'. ſ. ſorteitas eſt vna numero p ſe ꝑ: qꝛ vnitas nũeral' é paſſio p ſe ꝑ iſequés talé pprietaté idiuidualẽ p quã vnitaté ſingularitati ſeu pprietati idiuiduali repugnat p ſe ꝑmo diuidi in plura: ꝛ pluribꝰ cóicari. Exẽplũ ſcdi. Sor. ↄſtituitꝰ ex ſorteitate: ꝛ ex nã eſt p ſe vnũ numero: ſꝫ nó ꝑmo. eſt enim p ſe talis: qꝛ per pteꝫ: vel q̃ſi parté intrinſecã ꝛ eſſentialé. ſ. p pprietaté idiuidualé q̃ eſt vltimate ↄſtitutiua ipſiꝰ Sor. nó tñ ꝑmo eſt talis: qꝛ ſolũ eſt vnũ nũero p vnitaté imediate ↄſequété ſuã pprietaté idiuidualé. Exẽplũ tertij. nã ſpecifica que eſt in ſorte dr eſſe vna nũero denoiatiue: qm ſic denoiaꝛ ſingularis a pprietate idiuiduali ↄhéte ipſã: ita denoiaꝛ vna ab vnitate ↄſequéte talé pprietaté. Unde eſt verũ vle: ꝙ qdcũqꝫ potétiale ꝛ ↄhibile iformaꝛ ab aliquo ↄhéte: ↄiter iformatur ab vnitate ipſiꝰ ↄhétis: ꝛ denoiaꝛ ab ipſa. Ex hoc rñdeꝛ ad formã argumẽti. cũ tu dicis: qcqd é in vno nũero: eſt vnũ numero. ↄcedo. vel per ſe ꝑmo: vel p ſe nó primo: vel denoiatiue: ꝛ ↄcedo ꝙ nã iſto mó eſt vna nũero. denoiatiue. ¶ Et cũ tu dicis. Qd é vnũ nũero é icóicabile: ↄcedo. ſi ſit vnũ nũero p ſe: ſi p accñs ꝛ denominatiue. ego nego. Et ↄcedo vlteriꝰ: ꝙ illud qd eſt ſic vnuꝫ nũero pót eé: vle ſꝫ nó vnũ nũero alijs modis. ſ. p ſe aut ꝑ ꝛc. ¶ 2ᵃ difficultas cóis eſt. Iſta nã hꝫ vnitaté pprĩã ꝛ diſtinctã ab vnitate numerali. aut g̃ tota iſta nã eſt in vno ſingulari: aut non. Si dicas ꝙ nó. g̃ tale ſingulare eſt impfectũ in nã: ꝛ nó includit róné formalé nãe ſpecifice: ſm oém ſui pfectioné: qd eſt abſurdum. Si aũt dicas ꝙ tota iſta nã ſit in ſingulari: ꝛ totũ eſt illud cuius nihil é extra. ex 3ᵒ phiſi. g̃ nihil iſtius nãe erit extra tale ſingulare: ꝛ ita nó erit in alio ſingulari. ¶ Ad h rñſum eſt alr: ↄcedendo: ꝙ tota nã ſpecifica é in vno ſingulari. ſꝫ nó precise neqꝫ adequate in illo: ita ꝙ dato: ꝙ tota ſit i vno: eſt ãt tota in alio. ¶ Et cũ tu dicis. Totũ eſt illud cuius nihil eſt extra. iſta diffinitio ſic hꝫ intelligi: cuiꝰ nihil eſt extra. i. cui nihil deficit reqſitũ ad eé totius. ꝛ ſic concedo ꝙ in ſorte. exẽpli grã. nihil deeſt qd ſit requiſitũ ad eé hois. non tñ dico: ꝙ totũ requiſitũ ad eſſe hois ſit precise in ſorte: ꝛ p hoc apparet determinatio iſtius queſtionis.

Quãtum ad 4ᵐ articulũ. Reſtat ſoluere argumẽta pncipalia adducta ante oppoſitũ. ¶ Ad primũ igitur argᵐ rñdeo: negãdo ↄñtiã. ſ. ꝙ ſeqtur: ꝙ due aie intellectiue ſint in ſorte. Et ad pbationẽ rñdeꝛ premittẽdo tria notanda. ꝑᵐ ꝙ ois entitas qditatiua alicuius gñis: ſiue ſe habeat vt totũ: ſiue vt pars: poteſt accipi vt nã: vel vt hoc ꝛ ſingulare: vt nã: eſt ꝑoꝛ nãliter ſeipſa vt hec: ꝛ ipſa vt nã: non diſtinguiꝛ a ſeipſa vt hec: niſi per hecheitaté: que hecheitas cũ ſit eadé realiter ipſi nãe: ipſa ꝛ nã non ſunt aliqua duo diſtincta realiꝛ: qꝛ tñ hecheitas diſtinguiꝛ formaliter a nã: ꝛ eſt ꝑmo diuerſa ab ipſa in nullo conueniens cũ ipſa qditatiue eo modo quo dñia eẽntialis eſt ꝑmo diuerſa a gñe: diſtinguitur ipſa hecheitas a nã formalr ex nã rei: ita ꝙ ipſa natura vt nã diſtinguiꝛ a ſeipſa vt hec: diſtinctione predicta. ¶ 2ᵒ notandũ eſt ꝙ aliq̃ duo nó dicunꝛ eſſe duo talia: niſi habeãt duas códitiones: quarũ vna eſt ꝙ ſit aliqua ró cóis vtriſqꝫ. 2ᵃ eſt ꝙ illa ratio realiter diſtiguaꝛ: ꝛ numereꝛ in ipſis. Anima intellectiua vt nã: ꝛ aia intellectiua vt hec: non cóueniunt in aliqua vna róne formali: qꝛ ſuperius ꝛ inferius nó dicunꝛ pprie cóuenire: ſꝫ vnũ ipſoꝝ eſt illud qd cótinet alteꝝ. ꝛ in quo alterum cóuenit. Itẽ cũ aia intellectiua vt nã: ꝛ aia vt hec. ſe habeant vt nã ꝛ hecheitas. ꝛ iſta ſint ꝑmo diuerſa nó conuenientia in aliqua vna róne qditatiua: nó habeꝛ ꝑma ↄditio que eſt de cóueniẽtia in róne formali. ꝛ ex ↄñti nó habetur 2ᵃ ꝙ ró aliq̃ numereꝛ ꝛ diſtinguaꝛ in ipſis. nó enĩ ró nãe diſtinguiꝛ i nãm ꝛ hecheitate: neqꝫ ecõtra: neqꝫ hecheitas cóuenit cũ nã in róne nãe: neqꝫ ecõtra. g̃ hec natura ꝛ nã nó dicunꝛ eé aliq̃ 2ᵒ diuerſa realr. Ex quo ſequitur ꝙ hec aia intellectiua ꝛ aia intellectiua nó ſunt due res neqꝫ duo diſtincta realr. ¶ Ultio notãdũ é ꝙ ſicut cópoſitũ in cói accipiꝛ vt nã cópoſita (loquẽdo de compoſito ſbali) ita ptes eẽntiales cóponẽtes ↄſtituũt ipſuꝫ cópoſitũ accepte ſub róne nãe: ꝛ ita ſi aia intellectiua ↄſtituit hominé in cói: ↄſtituit vt nã: ꝛ ſilr mã ꝑᵃ vel corpꝰ. Per oppoſitũ cópoſitũ ſbale ſingulare cũ ſit hoc: cóſtituiꝛ ex aia intellectiua vt eſt hec: ꝛ ex corpore: vt eſt hoc. Ex quo ſeqꝛ propoſitũ: ꝙ cũ nã non diſtinguatur realiter a ſeipſa: (vt hec) hó in cói nó diſtinguitur realr ab hoc homine. Et ita non

ita nõ ſequiť per ea que dicta ſunt: ꝙ aĩa itellectiua hoĩs in cõi diſtinguať ab aĩa itellectiua hoĩs ſingularis: quia iſta ſunt vnũ ⁊ idẽ ſm rẽ. ℭ Qꝫ ſi tu dicas: ſaltem hec aĩa itellectiua per te diſtinguiť ex nã rei ab aĩa itellectiua in cõi. ğ ſaltẽ due erunt aĩe itellectiue ex nã rei. ℭ Rñdeť ꝙ ſi hec aĩa itellectiua diſtingueret ab aĩa itellectiua in cõi per aliquã ẽntiã que eſſet in ipſa: ⁊ nõ eẽt in aĩa intellectiua in cõi: tunc ſequeret ꝙ eẽnt due. Sed nõ eſt ſic in ꝓpoſito: qꝛ ſolũ iſta duo diſtiguunť penes hecheitatẽ: que eſt vltim⁹ gradus: ⁊ vltima realitas ẽntie: ⁊ non eſt aliq̃ ẽntia: aut qditas: imo ꝑmo diuerſa ab oĩ qditate ⁊ ẽntia. ℭ Sed ꝯ hoc arguiť. Singulare dicit aliqḋ tertium diſtinctũ a partibus: ⁊ aliqḋ ꝯſtitutũ ex hecheitate ⁊ nã quã ꝯhiť. ğ hoc ſingulare qḋ eſt hec aĩa intellectiua ꝑ aliquã ẽntiã diſtinctã a partib⁹ cõſtituẽtibus diſtigueť ab ẽntia aĩe intellectiue. ℭ Rñdeť: ꝙ nõ quodcũq; ſingulare dicit aliqḋ tertiũ diſtinctũ a partib⁹ ꝯſtituentibus: niſi ſit vltimatũ hoc aliqḋ ⁊ ſingulare: ſed vbi ſit alteri rõ ẽendi: nõ importat aliqḋ tertiũ diſtinctũ a nã ⁊ hecheitate. ℭ Uel põt dici: ⁊ redit in idẽ: ꝙ quotienſcunq; nã ꝯhiť ꝑ ſe per ꝓpriã hecheitatẽ ꝑ ſe ⁊ vltimate. ſit vnũ 3ᵐ aliquo mõ diſtinctũ vel q̃ſi diſtinctũ a ꝑtib⁹: vel q̃ſi ꝑtib⁹ conſtituẽtibus. Sed nã aĩe itellectiue nõ ꝯhiť per ꝓpriã hecheitatẽ iſtomõ: ſed per hecheitatẽ totius ſingularis. ⁊ q̃ſi ꝑ accñs. ⁊ ita efficiť hoc ꝑ hecheitatẽ totius vltimate. Mõ illud qḋ ſic ꝯhiť per accñs nõ cõſtituit aliqḋ vnũ tertiũ a ꝯſtituentib⁹. Ex quo ſequiť ꝙ hec aĩa intellectiua nõ dicit aliquod tertiũ diſtictũ ab anima: vt nã. ℭ Pro declaratione iſti⁹ rñſionis eſt aduertendũ: ꝙ eẽ ſeu eſſentia põt accipi tribus modis. Uno mõ accipiť eẽ put eſt illud per qḋ aliquod ꝑmo recedit a nõ eſſe. Per illud aũt aliquid ꝑmo recedit a nõ eẽ: per qḋ eſt extra potẽtiã ſue cauſe: ⁊ intellectũ. ⁊ iſtomõ oẽ illud hꝫ ꝓpriũ eſſe: ſeu ẽntiaꝫ: qḋ eſt extra nihil: ⁊ extra itellectũ ⁊ potẽtiaꝫ ſue cauſe. Aliomõ capiť eẽ pro ẽntia ⁊ qditate: ⁊ iſtomõ illud hꝫ ꝓpriũ eſſe qḋ eſt qditas: vel aliqḋ ꝑtinẽs ad qditatẽ cõſtitutiue: vel ꝑdicatiue. Tertiomõ capiť eſſe put eẽ eſt actus vltim⁹: cui nõ aduenit aliqs alius actus: dans ſimplr eẽ: ⁊ illud ſic hꝫ ꝑmo eẽ: qḋ nõ eſt ordiabile ad aliud: neq; eſt alicui alteri rõ ẽendi. ⁊ iſtomõ tm̃ cõpoſitũ ſbale. ſ. ipm ſuppoſitũ dꝛ hẽꝛ ꝓpriã eſſentiã: ⁊ ꝓpriã eẽ: qḋ eẽ nulli alij cõpetit a ſingulari. Capiẽdo eẽ ꝑmomõ: cõcedimus ꝙ quodcũq; ſingulare vt diſtinguiť ꝯ nãm: ⁊ ẽt ipſa hecheitas hꝫ proprium eẽ ex natura rei diſtinctũ a nã. ⁊ ſic hec aĩa intellectiua ſm aliquã eſſentiã: iſtomõ diſtinguiť ab anima vt nã: ſed diſtinctio iſta per tale eẽ nõ ꝯcludit aliq̃ eẽ plura ſm aliquã rõnẽ ſpecificaꝫ. ſicut gradus albedinis vt ĩtia hꝫ ꝓprium eẽ iſtomõ diſtinctũ ab albedine: ⁊ tamen gradus itenſionis: ⁊ ipa albedo non pluriſicanť in rõne formali albedinis. Neq; dicunť due albedines: ſic in propoſito de hoc ſingulari qḋ eſt hec anima intellectiua: vt hec ⁊ anima itellectiua vt natura: ⁊ ratio propter quam iſta nõ dicuntur ſic pluriſicari: aſſignabitur in ſequẽti reſpõſione. Si capiať eẽ ſecũdomodo. ſic ſingulare vt ſingulare eſt. aut ipſa hecheitas nõ habet ꝓpriũ eẽ diſtinctum a nã: neq; aliquã ẽntiã: qꝛ qcqḋ dicit ſingulare vt ſingulare eſt (de ſingulari create loquẽdo) eſt ex ſe icõmunicabile: ſed quiditas vt qditas eſt cõmunicabilis: ⁊ ei vt ſic nõ repugnat pluribus cõmunicari. ğ ſingulare vt ſingulare nõ diſtinguiť a nã per aliquã ẽntiaꝫ vel eẽ qḋ dicať eſſe ẽntie qditatiuũ. ⁊ ſm hoc dicit Porphirius ꝙ ſpẽs dicť totã qd. tatẽ ſeu totã ẽntiã induiduorũ: qꝛ illud qḋ addit ſingulare ſupra ſpẽm ⁊ nãm nõ ꝑtinet ad qditatẽ: ſed eſt ꝑ diuerſum ab omni qditate. Capiendo eẽ tertiomõ: ſic ſolũ ſingulare cõpletũ ꝑ ſe exñs: qḋ nõ eſt alteri rõ ẽendi hꝫ ꝓpriũ eẽ: ⁊ cũ hec aĩa intellectiua nõ ſit ſingulare cõpletũ. iſtomõ nõ diſtinguiť per aliqḋ eẽ ab aĩa intellectiua vt nã. ℭ Ex his ſequiť vnũ correlariũ: ꝙ lꝫ illa que dicunť diſtincta eẽ ꝑmomõ non dicanť pluriſicari ſm rõnem ſpecificã. illa tamẽ que habẽt diſticta eſſe ſecũdomõ aut tertiomõ poſſunt pluriſicari. ⁊ hoc ſi illa que habent diſtincta eſſe ſecũdomodo habẽt diſtinctã exiſtẽtiam: vel ſaltẽ ſibi nõ repugnet: qḋ dico ꝓpter hominẽ ⁊ aſinuꝫ in potẽtia obiectiua. que (qꝛ habẽt diſtinctas eſſentias iſtomõ: cũ non repugnet eis habere diſtinctas exiſtẽtias) poſſunt dici ⁊ dicunť plura aĩalia: ⁊ plura indiuidua aĩalis. Loquẽdo aũt de his que habent diſtincta eſſe 3° mõ: illa dicunť pluriſicari in rõne indiuiduali: ⁊ in rõne ſpecifica ꝯtracta ad eẽ idiuiduale. ℭ Poteſt aliter rñderi ad argumẽtũ breuius (per qḋ ꝓbať. ꝙ hec aĩa itellectiua. ⁊ aĩa intellectiua vt nã ſint due aĩe itellectiue formalr diſtincte: ⁊ ex nã rei) ꝓſupponẽdo ꝙ (cũ pluralitas ſit fundamẽtũ diuerſitatis: qꝛ diuerſitas eſt relatio diſquiparãtie: q̃ ꝓhẽt fundari ſup multa in q̃ꝫtũ multa ſunt) ad hoc ꝙ pluralitas ſit fundamentũ diuerſitatis aliquorũ in aliqua vna rõne: opꝫ ꝙ pluralitas iſta accipiať ⁊ cõſtituať ex vnitatibus cõſilibus ⁊ cõformibus: qꝛ ſi vnitates diſformiter accipianť: diuerſitas inter iſta nõ iſert pluralitatẽ in illa ratione in qua notať eẽ diuerſitas. vnde nõ dꝛ ꝯuenienter ꝙ homo ⁊ aĩal dicanť eẽ plura gñia: aut plures ſpẽs ſpẽaliſſime ex eo: ꝙ iſta multitudo que eſt hoĩs ⁊ aĩalis non accipiť in vnitatib⁹ cõſilibus: ad hoc enĩ vt ſint plura genera opꝫ vtrobiq; accipe vnitatẽ genericã: ⁊ pluralitateꝫ ꝯſtitutã ex talibus vnitatib⁹. hoc qḋ appet in intẽtiõib⁹ logicis: apparet ẽt in intentionib⁹ realibus: qꝛ hõ ⁊ aĩal nõ dicunť plura aĩalia: neq; plures homines: nõ obſtãte diuerſitate aliqua ex nã rei inter hoiem ⁊ aĩal. ex eo ꝙ iſta diuerſitas nõ fundať ſuper multitudinẽ ꝯſtitutã ex vnitatib⁹ ꝯſilibus. Ex quo ſequiť ꝙ cũ quodcũq; ſingulare diſtinctũ ꝯ nãm nõ diſtinguať a nã penes cõſimileꝫ vnitatẽ: ſm quã nã ecõuerſo diſtinguitur a ſingulari: ex iſtis vnitatib⁹ nõ põt inferri pluralitas ⁊ multitudo in nã: ⁊ ita hec aĩa intellectiua: ⁊ aĩa itellectiua vt nã: nõ poſſunt dici due aĩe intellectiue: ẽt ꝙ hec aĩa itellectiua diſtinguať ꝑ aliquod eẽ ex nã rei ab anima itellectiua vt natura: eo mõ quo dictũ eſt ſupius. ℭ Sed m̃ Cõcurrẽs me⁹ nitiť ꝓbare ꝙ aĩa intellectiua vt nã: ⁊ vlr quodlibet ſuperius reſpectu iſerioris diſtinguiť realr: ⁊ ſm rẽ ꝑ ꝑnᵐ ſũptum a Sco. qꝛ illa diſtinguunť realr quoꝝ vnuꝫ põt eẽ ſine reliquo. ℭ Rñdeť ꝙ illa ꝓpoſitio ſic itelligiť a Doc. ꝙ illa diſtinguunť realr: quoꝝ vnũ põt exiſtere ꝑ ſe ⁊ ꝓpria exñia ſine reliquo: vel ſaltẽ ſibi non repugnat. Sed vlẽ ſeu nã cõis nõ põt exiſtere ꝓpria exñtia ſine ſingulari qḋ deſinit eẽ: lꝫ exiſtat in alio ſingulari ad exñtiaꝫ ei⁹. Ex quo ſequiť ꝙ illa nõ diſtiguiť realr a ſingulari corrupto ⁊ rõ. qm̃ diſtinctio realis attẽdiť penes eẽ ⁊ eẽ exñtie vel ſubſiſtẽtie. nã aũt circũſcripto ſingulari: nõ eſt res exiſtentie. ğ nõ poteſt fundari diſtinctio realis iter nãm cõem: ⁊ ſingulareꝫ. Hec que dicta ſunt ad ꝑᵐ argᵐ ſunt dicta ſm opi. Scotiſtaꝝ qui dicunt nãm hẽꝛ aliquã vnitatẽ poſitiuã in omnibus. quã opi. ſequẽdo rñſum eſt ad ꝑᵐ argᵐ per ea que diximus: que via maiorẽ hꝫ difficultatem: q̃ꝫ relique due opi. quas ſequẽdo facilis eſt rñdeo. ℭ Ad 2ᵐ argᵐ rñdeť: ꝑmittẽdo: ꝙ corruptibile ⁊ icorruptibile pñt accipi duobus modis. quẽadmodũ alꝫ dixim⁹. ⁊ eſt de mẽte Doctoris ſubtilis in 3° ſniaꝝ. di. 22. Uno mõ capiť corruptibile: vt eſt tale po⁹ remota. aliomõ. vt ẽ corruptibile: po⁹ ꝓpinq̃. ꝑmomõ illud dꝛ corruptibile: qḋ hꝫ i ſe. vñ poſſit dici corruptibile: nõ m̃ põt attingere actũ corruptionis: qꝛ nõ hꝫ aliquas ꝯditiões reqſitas ad actũ corruptionis. Sicut calefactiuuꝫ potẽtia remota qḋ hꝫ in ſe calorẽ: vnde poſſit dici calefactiuũ: ⁊ non hꝫ paſſum approximatũ: ⁊ alia que reqrunť ad actũ calefaciendi. Tale tamen corruptibile potentia remota non poteſt exire in actũ: niſi fiat in potẽtia ꝓpinq̃: ſic nec calefactiuũ potẽtia remota (quod habet in ſe calorẽ: ⁊ non paſſum approxi-

matū: ⁊ alia que reqrunt ad actū calefaciēdi) nō pōt exi-re in actū calefaciēdi: niſi fiat in poª ppinq̄. Corruptibi-le vō poª ppinq̄ nō ſolū h̄z in ſe: vt poſſit corrūpi: verū-etiā imediate pōt attingere terminū corruptionis deduc-tio quocūq; alio. Applicādo ad ꝓpoſitū: qd̄ qd̄ eſt: ⁊ qdi-tas ſiue mālis eſt corruptibilis p̄mo mō. ſ. poª remota: nō tñ poª ppinq̄. Ita q̄ iſta eſt p ſe ſc̄do mō. Quiditas ignis eſt corruptibilis tali corruptibilitate: ſicut iſta eſt p ſe 2ᵒᵒ color eſt viſibilis. q̄ aūt hoc ſit verꝝ declaraꝛ. qꝛ certū eſt q̄ mā p̄ma icludit p ſe in qditate ſpēi mālis ꝫ h̄z ſcm̄ Tho. Sed mā eſt ex qua res pōt ēē ⁊ nō ēē. ex. 7. metaphi. ḡ vt ſic. talis qditas eſt corruptibilis poª remota. Sed loquē-do de corruptibili 2ᵒ mō. ſ. poª ppinqua (cū nihil ſit cor-ruptibile: iſto mō niſi id qd̄ h̄z mām ꝫctā ad actualē exiſ-tiā) ſolūmodo ſingulare exn̄s eſt per ſe corruptibile potē-tia ppinqua. Et p hoc rn̄deꝛ ad argumētū. cum tu dicis. Corruptibile ⁊ icorruptibile differūt pluſq̄ gn̄e: ꝯcedo capiēdo vniformiter corruptibile ⁊ icorruptibile. ſ. i poª ppinqua actualr̄ ⁊ poſitiue: q̄ ſi difformiter capiantꝛ: ne-gaꝛ. Unde illud qd̄ eſt icorruptibile poª ppinq̄ negatiue pōt ēē corruptibile poª remota. hoc amplius declarabiꝛ iſe-rius. ¶ Sed ꝯtra que dicta ſunt iſtaꝛ. Tu dicis. q̄ ipſa q-ditas eſt icorruptibilis ſaltē poª remota. ꝯtra: qꝛ ſciā ē de eternis ⁊ neceſſariȷs: ⁊ icorruptibilibꝰ. ḡ (cū tales qdita-tes ſint corruptibiles ſm̄ te: ⁊ per ꝯn̄s nō eterne: neq; ne-ceſſarie) cognitio quā h̄z intellectus de iſtis qditatibus nō erit ſciētifica. ¶ Ad hoc rn̄deꝛ: quēadmodū alias dictū eſt: q̄ eternū capiꝛ duobus modis. Uno mō capiꝛ eternum poſitiue. Alio mō negatiue. Eternū poſitiue eſt illud qd̄ h̄z durationē ifinitā ⁊ coexiſtētiā de ſe ad omnes differē-tias tp̄is. Eternū negatiue eſt illud qd̄ abſtrahit ab om-ni dr̄ia tp̄is: ⁊ qd̄ nō h̄z p̄n᷑ durationis: neq; finē. Cōſilr̄ neceſſariū pōt accipi duobus modis. Uno mō poſitiue. alio mō negatiue. Primo mō illd̄ eſt neceſſariū qd̄ de ſe h̄z exn̄tiā idefectibilē. Neceſſariū negatiue eſt illud qd̄ i-poſſe ē aliter ſe hr̄e. Un̄ lꝫ p̄mū iferat 2ᵐ: nō tñ ecōtra. Ali-qd̄ eni pōt ſic ſe hr̄e: q̄ ipoſſe eſt ipm̄ alr̄ ſe hr̄e: ⁊ tñ nō hēt exn̄tiā idefectibilē: qꝛ de ſe abſtrahit ab oī exn̄tia: ⁊ ab oī dr̄ia tp̄is. Cōſilr̄ dicēdū eſt de eterno: q̄ eternū poſitiue ac-ceptū iſert eternū negatiue: ⁊ nō ecōtra. Stat eni q̄ aliqd̄ nō hēat p̄n᷑ durationis: ⁊ tñ nō coexiſtat de ſe oī dr̄ie tē-poris: ſic qditates ſm̄ Ar. nō hn̄t p̄n᷑ durationis: ⁊ tamē de ſe nō coexiſtūt alicui dr̄ie tp̄is: qꝛ abſtrahūt de ſe ab oī tali exn̄tia. Applicādo ad ꝓpoſitū. Sciā eſt de icorrupti-bilibꝰ poª propinq̄ negatiue: ⁊ de eternis negatiue. ⁊ ſilr̄ de neceſſariȷs. ¶ Et tūc rn̄deꝛ ad obiectionē motā ſupius que eſt. Corruptibile ⁊ icorruptibile. Eternū ⁊ tēporale. Neceſſariū ⁊ ꝯtingēs. Iſta ſūt oppoſita: ⁊ differūt pluſq̄ gn̄e. ḡ ſi nā ⁊ qditas eſt icorruptibilis. neceſſaria ⁊ eterna: nō vꝫ q̄ poſſit ēē eiuſdē rōnis cū corruptibilibꝰ: tp̄alibꝰ: ⁊ ꝯtingētibꝰ: neq; ſtabit cū iſtis. Rn̄detur q̄ capiēdo iſta vniformiter: ipſa differūt pluſq̄ gn̄e. Nā icorruptibile poª ppinq̄ negatiue: qd̄ negat aptitudinē ppinquā ad corrūpi dr̄ de ipſa qditate: ⁊ tñ iſta qditas ē eiuſdē rōnis cū corruptibili poª ppinqua poſitiue. ¶ Pro quo ē no-tandū: q̄ icorruptibile poª ppinq̄ pōt accipi vel poſiti-ue ⁊ actualr̄ vel negatiue ⁊ quodāmō potētialr̄. Incor-ruptibile poª ppinqua actualr̄ ⁊ poſitiue eſt illud qd̄ p̄-uat potētiā ad corrūpi: ⁊ actū corruptionis: ⁊ ulteriꝰ po-nit aliqd̄ p qd̄ ſibi repugnat talis poª ad corrūpi: ⁊ actus corruptiōis. Sc̄do mō icorruptibile p̄uat tm̄ actū ⁊ non potētiā ad corrūpi: niſi loquēdo de poª ppinq̄. ⁊ tale in-corruptibile poª ppinq̄ dr̄ ēē tale negatiue. hoc eſt nō ha-bēs potētiā ppinquā ad corrūpi. Cū quo tñ ſtat: q̄ hēat potētiā remotā: qꝛ nihil i ſe icludit per qd̄ ſibi repugnet poª: aut actꝰ corruptiōis. ⁊ ita negat actū ⁊ potentiā pro-pinquā ⁊ ponit potētiā remotā: vt declaratū eſt ſuperiꝰ. Incorruptibile primo mō ſm̄ potentiam ppinquā oī-no opponitur corruptibili ſm̄ potentiā ppinquā. ⁊ iſto mō ꝯcedo q̄ corruptibile ⁊ icorruptibile differunt pluſ q̄ gn̄e ⁊ ſpē: ſꝫ icorruptibile ſm̄ poᵃᵐ ppinquā 2ᵒᵒ: non opponiꝛ corruptibili poª ppinq̄: ſed ſtat cū ipo: ⁊ loquē-do de tali icorruptibili. Corruptibile ⁊ icorruptibile non diſtinguuntꝛ ſm̄ ſpēm: neq; ſunt alteriꝰ gn̄is. Ex quo ap-paret rn̄ſio ad argumētū. ¶ Ad vltimū argᵐ rn̄deꝛ negan-do iſtā ꝓpoſitionē: q̄ illud qd̄ eſt indifferēs ad plura: q̄-tū eſt ex ſe poſſit realr̄ trāſmutari ab vno in reliquū. dꝛ tñ q̄ iſta ꝓpō eſt vera aliqbus ꝯditiōibꝰ reſeruatis: q̄rū p̄ma eſt q̄ illud qd̄ eſt ens mutabile ſit ſingulare: ex eo q̄ (cū motꝰ ⁊ opatio dicaꝛ ēē ſingularis) h̄z fieri circa ſingu-lare tanq̄ circa ſbm̄: qꝛ ſingulare nō recipiꝛ niſi in ſubie-cto ſingulari: ⁊ hoc eſt qd̄ egregie inqt p̄hs p̄ metaphiſi. Actus ⁊ opatiōes ſunt circa ſingularia. Sc̄da ꝯditio ē q̄ illa ītin que ſit trāſmutatio nō ſint cōpoſſibilia. lac eniꝫ ē indeterminatū ad albedinē ⁊ dulcedinē. ⁊ tñ nō realiter trāſmutaꝛ ab vno in reliquū: ⁊ hoc qꝛ ſilr̄ ābo ſūt cōpoſſi-bilia. Tertia ꝯditio eſt: q̄ illud qd̄ eſt indifferēs ⁊ trāſmu-tabile nō neceſſario determinat ſibi aliqd̄ vnū illoꝝ: naꝫ dato q̄ ſibi aliqd̄ illoꝝ neceſſario determinet: nō trāſmu-tabiꝛ ab vno in reliquū. Ultima ꝯditio eſt: q̄ ex ipſo in-differēti: ⁊ illo ad qd̄ eſt idifferēs nō fiat aliqd̄ vnū idēti-ce ⁊ realr̄. Ex quo ſequiꝛ: q̄ (cū nā idifferēs ad ſingularia nō ſit quoddā ſingulare exn̄s (neceſſario tñ eſt exn̄s i aliq̄ ſingulari: lꝫ de ſe: ⁊ ex ſua rōne formali nō icludat talem exn̄tiā: ⁊ vlteriꝰ (cū ipa ſingularia ſint cōpoſſibilia in tali nā. ⁊ vltimo cū ex nā ⁊ ſingulari fiat aliqd̄ vnū identice ⁊ realr̄.) nō ſequiꝛ ipam. ſ. nām poſſe realr̄ tranſmutari ab vno in reliquū. Ex q̄ appet argᵐ nō ꝯcludere: ⁊ ēt appet qd̄ ſit dr̄z in iſta mā de vnitate nāe ſm̄ p̄uª Doc. ſbti. Sit igiꝛ finis iſtiꝰ qōnis cū dei bn̄dictione. Qō.ix.

COnſequenter qriꝛ. Utrū vl̄e ſit. ali-qd̄ reale exn̄s extra aiam. Et arguiꝛ q̄ nō. ꝓꝓetas ⁊ paſſio vl̄is eſt ēē ſemper ⁊ vbiq;: ſed nihil ē extra aiam qd̄ hēat ēē ſemp ⁊ vbiq;. ḡ nihil eſt ex̄ aiam qd̄ ſit vl̄e. ꝯn̄tia nota: ⁊ maior ſilr̄ cū minori ē euidēs. ¶ Sc̄do p̄ncipalr̄ ad idē argui-tur. Omne qd̄ eſt ex̄ aiam in iſtis iferioribꝰ eſt corrupti-bile: ſed vl̄e nō eſt corruptibile (cū de ipo habeaꝛ ſciā: ſciā eſt de incorruptibilibus.) ḡ vl̄e non eſt extra animaꝫ.

Ad oppoſitū tñ arguiꝛ. vl̄e eſt aptuꝫ natū dici de multis. ḡ vl̄e eſt aliqd̄ i re an-tecedēs eſt manifeſtū ex p̄ poſterioꝝ. ꝯn̄tia pbaꝛ: quia iſta aptitudo ad dici de multis: aut repugnat rei: aut nō. Si dicas q̄ nō: habeo ꝓpoᵐ: q̄ eſt aliqd̄ in re ſic aptū natuꝫ dici de multis. Si dicas q̄ ſic. ḡ intellectꝰ nūq̄ poterit at-tribuere iſtā aptitudinē alicui nāe: niſi faciat ꝯceptuꝫ i ſe falſum: hoc ē niſi ꝯcipiat ipam rē ſub ꝯditiōe ſibi repu-gnāte: ſed hoc eſt falſum. Oīs ꝯceptꝰ nāe ſic vl̄is nō eſt cō-ceptus in ſe falſus. ḡ iſta aptitudo nō repugnat rei q̄ eſt nā. ¶ Sc̄do arguiꝛ. Obiectū nālr̄ p̄cedit actū: ſic cā ſuū effectū: ſed obm̄ intellectꝰ eſt ipm̄ vl̄e. ex 3ᵒ de aia. ⁊ ex ſc̄do. vbi habeꝛ: q̄ ſingulare eſt dū ſentiꝛ: vl̄e dū itelligiꝛ. ḡ reli-quiꝛ q̄ vl̄e p̄cedit actū intelligēdi. Sꝫ qd̄ p̄cedit actū intelli-gēdi eſt aliqd̄ in rebꝰ. ḡ vl̄e eſt ens reale. ¶ Ad idē arguiꝛ. Subm̄ ſciē p̄cedit ipam ſciam ⁊ actuꝫ eiꝰ: ſed ſbm̄ ē aliqd̄ vl̄e: loquēdo de ſbto p̄. ḡ vl̄e p̄cedit actū intelligēdi. ¶ Et ꝯfirmaꝛ lꝫ de mēte Auicē. p̄ metaphi. ca. 5. Ens ⁊ res p̄ma ipreſſione iprimunꝛ in aia: nec p̄nt māifeſtari ex aliȷs no-tioribꝰ ⁊ certioribꝰ ſe. Ex hoc arguiꝛ ſic. qd̄ p̄ occurrit itel-lectui tanq̄ obiectū p̄mū cognoſcibile p̄cedit oēm actū i-tellectꝰ: ſed ens in ſua maxīa cōitate ⁊ res ſic p̄ occurrunt intellectui. ḡ ens ⁊ res in ſua maxima cōitate p̄cedūt actū intellectus. ¶ Et ſc̄do ꝯfirmaꝛ ex ſentētia ſancti Tho. qui vult: q̄ primuꝫ cognoſcibile ab intellectu eſt magis vl̄e. ergo primum

ergo primū cognoſcibile via originis: ⁊ in cognitione confuſa eſt ens ⁊ res: ⁊ iſta ſunt cōmuniſſima.

In iſta .q. primo premittenda ſunt aliqua que dicta ſunt in precedenti queſtione. ¶ Secundo ponende concluſiones. ¶ Tertio rationes ſoluende que facte ſunt in principio queſtionis.

De primo premittendū eſt: ꝙ duplex eſt intētio. Una eſt intētio prima: alia eſt intētio ſecūda. Intētio ꝑma eſt cōcept⁹ imediate abſtrahibilis a re: vt hꝫ Sco. in primo ſniarū: di. 13. q. 1. Unde res cognita di eē itētio ꝑma: ⁊ nō quocūqꝫ mō: ſed vt cognita. Lapis eni nō eſt intētio ꝑma: ſed lapis vt cognitus. Intentio ſecūda nō eſt niſi reſpectus rōnis: qui derelinquitur in obiecto ꝯſiderato ab itellectu: qui reſpect⁹ cauſat per actū intellectus: nō quēcūqꝫ: ſed ꝑ actū cōparatiuū: quo itellectus cōparat aliq̄ plura ſub habitudine ſuperioris ⁊ iferioris. magis cōis ⁊ min⁹ cōis. predicabilis aut ſubijcibilis: ⁊ iſte reſpectus rōnis eſt ipſa cōparatio paſſiua: ſm ꝙ vnū obiectū itellectū cōparat ad aliud obiectū intellectū: que cōparatio ſortit diuerſas denoiationes. puta vlis aut pticularis: ſpēi aut gnis: ⁊ ſic de alijs itentionib⁹ ſecūdis: de qbus ꝯſiderat logicus. ¶ Scdo ꝑmittendū eſt illud qd dictū eſt de vli in precedēti qōne ꝙ vle vl pōt capi logice. ⁊ vle ſic ſumptum nō eſt niſi ipſa ſecūda intentio vlitatis: que eſt relatio rōnis. vel poteſt capi vle metaphiſice. pro re ſubſtrata ⁊ denominata ab intētione vlitatis: ⁊ hoc dupl̄r: vnomō pro fūdamēto remoto ipſius vlitatis: qd nihil aliud eſt: niſi ipſa nā actu exiſtēs in ſingularib⁹. vel ſecūdomō pro fundamēto ꝓpinquo: qd imediate natū eſt denominari ab ipſa vlitate: ⁊ eſt ipſamet nā abſtracta ab oi ſingulari per actū abſtractiuū intellectus agētis aut poſſibilis. (vt dictū eſt) indeterminata poſitiue aut ꝯrie. ¶ Ultimo notandū eſt: ꝙ aliqd pōt eſſe in anima vel ſubiectiue vel obiectiue: obiectiue duobus modis: vnomodo habitualiter. alio modo actualiter. Et actual̄r adhuc duobus modis. vno mō ante actū intelligēdi ſaltē ordine nāe. alio mō poteſt actū intelligēdi vt dependēs ab ipſo in fieri ⁊ in conſeruari.

Quibus premiſſis de ſecūdo principali ponunt 6. cōcluſiones. ꝑma ꝯcluſio: ꝙ vle logice ſumptū eſt tm̄ in itellectu vltimo mō obiectiue: ⁊ nullo mō eſt extra itellectū. ¶ Iſta ꝯcluſio patet: nullus reſpectus rōnis qui eſt purū ens rōnis eſt extra itellectū: cū tale oino depēdeat quēadmodū dictū eſt ab actu itelligēdi in fieri ⁊ in ꝯſeruari: imo ēt ab actu collatiuo itellectus. Sed vle logice ſumptū eſt purū ens rōnis: ⁊ ē intentio ſcda. ḡ nullo mō eſt extra intellectū ⁊c̄. ¶ Secūda cōcluſio. vle ſumptū metaphiſice. pro fundamēto remoto vlitatis eſt aliqd extra intellectū ⁊ ens reale. Iſta cōcluſio patet ex dictis in ꝑcedēti qōne. ¶ Tertia cōcluſio: vle ſumptū metaphiſice tertio mō pro fundamēto proximo vlitatis eſt aliqd ex nā rei. Ad hoc faciunt rōnes adducte in ꝑcedēti qōne: ⁊ rōnes ēt adducte in opponēdo ad iſtā qōnē. ¶ Quarta ꝯcluſio eſt iſta: vle ſumptū logice de neceſſitate eſt i itellectu actualiter ⁊ obiectiue. Iſta patet ex dictis. ¶ Quinta ꝯcluſio eſt iſta. vle ſumptū metaphiſice ꝑ fundamēto remoto nō eſt de neceſſitate in intellectu actualiter: imo neqꝫ ēt habitual̄r: qꝛ ipſa nā circūſcripto oi actu itellectus ⁊ oi repn̄tatiuo: eſt actu exñs in ſuis ſingularib⁹: ⁊ hꝫ aliquā vnitatē vel poſitiuā vel priuatiuā extra itellectū oino: ſꝫ talis nā eſt fundamētū remotū vlitatis: ḡ vle ſumptū metaphiſice iſto mō eſt aliqd in reb⁹. ¶ Ultima ꝯ: vle ſumptū ꝑ nā vt eſt fundamētū primū vlitatis de neceſſitate eſt in itellc̄u obiectiue habitual̄r: ſꝫ nō actual̄r. Prima ps pꝫ: qꝛ nihil pōt eē abſtractū ab oibus ſingularib⁹ qd ſit obm̄ in po⁹ prima motiuū intellectus niſi ꝑ aliqd repn̄tatiuū exñs in itellectu: ſꝫ quolibet tale hꝫ eē obiectiuū in itellc̄u habitual̄r de neceſſitate: ḡ ꝯ vera. Secunda ps pꝫ: qꝛ nō eſt neceſſariū nām in tali eſſe obiectiuo abſtractā actual̄r mouere ipm̄ intellectum ad ꝯſiderationē ſui: ſed pōt hēe tale eē obiectiuū abſtractum habituale circūſcripto oi actu itelligēdi. vt arguat in forma. Sicut ſe hꝫ ſpēs intelligibilis ad itellectū: ſic ſe habet obiectū repn̄tatū per ſpēm: ſed ſpēs intelligibilis in intellectu pōt manere: ceſſante omni actu intelligēdi: dicēte pho. 3° de aīa. cōmēdando antiquos textu cōmenti. 6. ꝙ anima eſt locus ſpecierū nō tota: ſed intellectus: ⁊ appellat itellectus locus ſpērū: qꝛ locus hꝫ virtutē ꝯſeruatiuam locati: ⁊ qꝛ intellect⁹ ꝯſeruat ſpēs intelligibiles etiā ceſſante actu itelligēdi: ideo intellectus eſt locus ſpērū intelligibiliū: qꝛ igit ſic eſt: ſequitur ꝙ nā nō de neceſſitate in eſſe obiectiuo qd habet in intellectu: actualiter mouet ipſum. Ex quibus apparet determinatio queſtionis.

Sed reſtat nunc tertiū principale. vꝫ. ſoluere argumēta adducta ante oppoſitū. Ad quorꝫ ꝑmū di. ꝙ nā vlis ſm qd eſt fundamētū primū ⁊ imediatū vniuerſalitatis reſpicit ipſa ſingularia vt abſtrahunt ab omni actuali exiſtentia: ab omni loco: ⁊ ab omni ſitu: qꝛ ſicut tota coordinatio preſenti abſtrahit ab omni exiſtētia: ita (cū ipſum ſingulare ſit per ſe in pdīto.) abſtrahit ab omni exiſtētia ⁊ ab omni loco. Uniuerſale ergo metaphiſicū pro ipſa nā determinata poſitiue ⁊ cōtrarie abſtrahit ab oi eē vbiqꝫ ſicut abſtrahit a loco: ⁊ ab exiſtētia: imo pōt ēt dici ꝙ ipſa nā ſic abſtracta ab oi ſingulari eſt indifferens ad quodlibet tale. Sed nunqꝫ aliqd ſic eſt indifferens a quodlibet ſingulare: niſi ſit abſtractū a quolibet ſingulari. ⁊ ita nā iſta vniuerſalis abſtrahit ab eſſe vbiqꝫ: qd cōpetit ſingularibus exiſtentibus in quantum exiſtentia ſunt: que abſtrahunt ab oi predicamento. Et cum dicis ꝙ propriū vniuerſalis eſt eē vbiqꝫ. Dico ꝙ hoc nō eſt ꝓprium ſibi cōpetens per ſe: ſed ſolū per accidens rōne ſingularium: ⁊ non rōne ſingularium inquantum ſingularia ſunt: verum inquantū ſunt exiſtentia: ⁊ habent reſpectū ad vbi: ⁊ ad locū. que oia ſunt extra rōnem ſingularis: vt ſingulare eſt. Hoc idē dicim⁹ de vniuerſali logice ſumpto. tale vniuerſale non hꝫ habitudinem ad ſingularia: niſi eo modo quo dictum eſt: ⁊ hoc vt vniuerſalitas eſt intentio ſecunda imediate applicabilis intentioni prime ⁊ nature. ¶ Ad ſecundū argumentum reſponſum eſt in precedenti qōne: ⁊ cōcedo ꝙ aliquod vniuerſale metaphiſicū: qd. ſ. eſt compoſitum ex materia ⁊ forma eſt corruptibile potētia remota: ⁊ eſt incorruptibile potentia propinqua: ⁊ iſta nō cōtradicūt vt dictum eſt in precedenti qōne. Scientia aūt eſt de his que ſunt incorruptibilia potentia propinqua. Sed cū hoc ſtat: ꝙ ſit de corruptibilibus potentia remota: ⁊ per hec ſit dictum ſufficienter ad iſtam queſtionem.

¶ Ex ꝑdcis itaqꝫ ſillogizare opꝫ. ⁊ ifra.

¶ Dico materiā ſbāꝫ q̄ nō eſt hoc aliqd ens actu ⁊c. Textu cōmēti. iij. Qō. j.

Queritur. Utrū mā poſſit ſeparari a forā. Et ꝙ nō poſſit ſeparari a forma adducūt tres rōnes ſatis efficaces. Et arguit preſupponendo primo. ꝙ ſi mā debeat ſeparari a forma: opꝫ ꝙ ꝓducatur in eē a deo. ¶ Preſupponit ēt ſcdo ꝙ mā ē ens in pura potētia: ⁊ qcqd eſt extra eſſentiā māe eſt in actu: iſtud pꝫ. qm̄ quicquid eſt extra puram potentiam de neceſſitate eſt in actu: ergo quodcunqꝫ eſt extra eſſentiam materie cum ſit extra purā potentiā: de neceſſitate eſt in actu ¶ Tertio preſupponitur: quod illud quod additur ꝑdicatis quiditatiuis incluſis in materia: eſt extra eſſentiam māe: ſicut illud quod additur predicatis qditatiuis incluſis in

hoīe: eſt extra eſſentiā hoīs. ¶ Iſtis ſtantibus arguit̄ ſic. Eſto q̄ deus p̄ducat mām̄ in eē: q̄ro q̄d p̄ducitur in illa creatione: aut aliq̄d de nouo. aut nihil. nō eſt dicēdū q̄ nihil. q̄ oīs p̄ductio realis ⁊ noua eſt ad aliq̄d eē. ḡ op3 q̄ iſta p̄ductio terminet̄ ad aliq̄d eē nouū. S3 certū eſt q̄ tale eſſe q̄d de nouo p̄ducit̄ eſt ex̄ eſſentiā mãe. S3 q̄d eſt extra eſſentiā mãe eſt ens in actu. per 2m p̄ſuppoſitū. ḡ illud eſſe eſt aliq̄s actus: ⁊ in iſto eſſe p̄ducit̄ mā: ḡ relinquit̄ q̄ mā nō pōt p̄duci ſine actu. ¶ P̄. arguit̄ ſic. Illud eſſe q̄d p̄ducit̄: aut eſt aliq̄d additū p̄dicatis q̄ditatiuis mãe: aut nō. Nō eſt dicēdū 2m. q̄ illud eē q̄d p̄ducit̄ non cōpetit mãe ſemp ⁊ de neceſſitate. p̄dicata aūt q̄ditatiua cōpetūt nec̄io mãe: ḡ illud eē q̄d p̄ducit̄ eſt aliq̄d ſupadditū p̄dicatis q̄ditatiuis: ſed q̄d eſt ex̄ p̄dicata q̄ditatiua mãe eſt ens in actu. ḡ illud eē eſt aliq̄s actus in quo p̄ducitur mā. ¶ Et ↄfirmat̄. illud q̄d ieſt alicui: ⁊ nō ſemp ⁊ nec̄io ieſt: eſt aliq̄d p̄ter illud q̄d ineſt. ei ſemp ⁊ nec̄io: ſed ita eſt q̄ illud eē q̄d p̄ducit̄ nō ineſt mãe nec̄io ⁊ ſp̄: ⁊ p̄dicata q̄ditatiua inſunt nec̄io ⁊ ſemp. ergo illud eē eſt aliq̄d p̄ter p̄dicata q̄ditatiua. Tunc ſic. Illud q̄d eſt aliud ⁊ magis diſtinguit̄ ex nā rei ab aliquo q̄3 diſtinguat̄ illud q̄d diſtinguit̄ ſolū ex nā rei: diſtinguit̄ realr̄: q̄m oīs diſtinctio maior diſtinctione ex nā rei videt̄ eſſe diſtinctio realis: ſed ita eſt: q̄ aliq̄d nec̄io ineſt ipſi mãe: ⁊ ſemp: ⁊ diſtinguitur ex nā rei a tali ſbto: ḡ relinquit̄: q̄ illud q̄d ſibi nō cōpetit ſemp ⁊ nec̄io maiori diſtinctione diſtinguitur a mā q̄3 illud. Sed exñtia actualis diſtinguit̄ magis a mā: q̄3 p̄dicata q̄ditatiua. ergo iſta exñtia actualis diſtinguit̄ realiter a mā: ſed q̄ diſtinguit̄ realr̄ a mā eſt forma: ergo mā erit per illud eē in aliquo actu formali. ¶ Scd̄o principalr̄ arguit̄ ſic. Certū eſt q̄ mā ſi creat̄ a deo ē ſbm ⁊ fundamentū creationis: ſed illa creatio eſt accñs mãe: ⁊ ↄſeruatio ipſius. q̄d p̄bat̄. Nā creatio q̄ñq3 ineſt mãe: ⁊ q̄ñq3 nō. ſimus ergo in p̄mo iſtāti in quo mā accipit eē: mā h3 tunc creationē. poſt aūt illud iſtans non h3 illam creationem: ergo creatio dicet̄ eē q̄odam accñs reſpectu materie: Omne aūt accñs eſt actus: ergo q̄ñ creat̄ eſt fundamētū illius actus ⁊ forme. ¶ Et ↄfirmat̄ hoc. certū eſt enim q̄ ſbm alicuius mutationis diſtinguit̄ realr̄ a termino illius mutationis: ſed ſbm eſt mā: ergo op3 aſſignare aliquē terminū qui nō eſt realr̄ mā: ſ3 talis terminus nō pōt eē niſi forᵃ: ḡ de nec̄itate op3 dicē: q̄ q̄ñ creat̄ mā creat̄ ſub aliqua forma termināte creationē: ḡ nō ḡñabit̄ ſine forã. ¶ Tertio ⁊ vltimo arguit̄ ex fundamētis Scoti. Materia enim per ip̄m eſt in p̄dicamēto reductiue: nō directe. Indiuiduū aūt cōpletū eſt per ſe in p̄dicamēto directe. Iſto ſtante arguitur ſic. Si p̄ducit̄ mā ſine forma: tunc mā eſſet indiuiduū cōpletū. ſed omne tale eſt p̄ ſe in p̄dicamēto: ergo mā eſſet in p̄dicamēto. Diſcurſus bonꝰ: ⁊ maior aſſumpta p̄bat̄. oē q̄d eſt h̄ aliq̄d per Ari. 7. meta. eſt ſingulare cōpletū: ſed in iſto caſu in quo p̄ducit̄ mā eſt hoc aliq̄d p̄bat̄. Nam p̄ductio terminat̄ ad exiſtēs ⁊ ſingulare: ſ3 q̄dlibet tale eſt hoc aliq̄d. ergo p̄ductio iſta terminata ad mām̄ terminabit̄ ad h̄ aliq̄d. ex hoc infert̄ p̄poſitū. nam omne tale ſingulare eſt in p̄dicamento per ſe ⁊ directe. ergo materia erit directe in predicamento.

agit: ⁊ nõ ipſi corrumpẽdo: qꝛ tunc quum corrũpẽdũ ſit oppoſitum actioni agentis ⁊ forme qua agit: agens producẽs aſſimilaret effectum ſuum ſuo oppoſito: ⁊ ita calidum aſſimilaret effectũ ſuum frigido: qḋ eſt impoſſibile. Unde forma qua agit agens corrumpens ipſuʒ viuum: opponit ipſi corrũpendo: qꝛ magis impedit actionem eius q̃ꝫ promoueat. ergo ſequit ꝙ per actionem agẽtis naturalis: ex natura actionis cadauer non aſſimilat aīali corrumpendo. ¶ Item 3° ad principale arguit. Si eſſet verum quod dicit iſta opinio: ſequeretur ꝙ homo nõ vere generaretur: neqꝫ nutriretur. Et vlterius ꝙ non poſſet corrumpi. Iſta ſunt abſurda ⁊ incõuenientia. ergo ⁊ antecedens ex quo ſequuntur. Primum conſequens deducitur ſic. Ariſto. in primo phiſicorum. vult ꝙ tria ſint principia ipſarum rerum naturalium. videlicet materia: forma: ⁊ priuatio. Habet etiam in. 7° metaphiſice: ꝙ forma eſt terminus formalis generatiõis. Sit iſta maior. (ita intelligendo. ſ. ꝙ licet generatio ſit compoſiti vt termini totalis: eſt tamen forme vt termini formalis. Et ratio ipſius eſt: quia nihil poteſt eſſe illud qḋ terminat generationem: niſi ipſum habeat aliquid quo terminet ipſam generationem: qꝛ vnicuiqꝫ qḋ correſpondet propriũ quo. Si enim aliquid agit vt qḋ. de neceſſitate aliquid eſt ſibi ratio agẽdi vt quo. Similiter ſi aliquid terminat aliq̃ꝫ actionem vt quod: oportet dare ꝙ aliquid ſit ratio terminandi eandem actionem. vt quo.) Iſto ſtãte aſſumit iſta minor ſub illa propoſitione maiore. Sed in generatione hominis (ſtante iſta poſitione) nullus poteſt aſſignari terminus formalis generationis qui ſit de eſſentia hominis (pbatur iſta minor: qꝛ illud eſt aut materia: aut forma que ẽ anima itellectiua: aut aliqua forma precedens animam intellectiuam. Non materia: vt de ſe patet. Non anima intellectiua: quia iſta nõ eſt terminus actionis agentis naturalis. Non forma p̃cedẽs: quia illa corrumpitur in inſtãti quo homo generatur: ⁊ per conſequens terminat actionem corruptiuã: ⁊ non generatiuam) ergo relinquitur: ꝙ homo: aut cõpoſituʒ quod eſt hic homo: non poſſet dici vere generari. ¶ Et cõfirmatur. Nihil eſt qḋ. reſpectu alicuius actionis: niſi per aliquid quod eſt quo. ſed i tali caſu nihil eſt quo reſpectu hominis. ergo homo non poteſt eſſe quod. reſpectu generationis. ¶ Secundũ conſequens deducitur: ⁊ deductio eius patet ex deductione primi. Certum eſt ꝙ in nutricatione aliquid generat vt terminus formalis: ſed per iſtam poſitionem nullus terminus formalis poteſt aſſignari. ergo ⁊c. ¶ Q, ſi tu dicas ꝙ ipſum compoſitum terminat actionẽ virtutis nutritiue. Hoc improbatum eſt: qꝛ nihil poteſt terminare actioneʒ in ratione quod: niſi per aliquem terminum formalem ſibi inexiſtentem: qui nullus eſt in propoſito. ¶ Q, ſi tu dicas ꝙ producitur anima intellectiua: vt in materia que aduenit per nutricationẽ. ¶ Cõtra dupliciter. Primo quia producere aīam intellectiuam vt in materia eſt agere ad vnionem anime intellectiue cum materia: ⁊ non eſt agere ad aliquem terminum ſubſtantialeʒ formalem. Sed actio terminata ad vnionem non eſt generatio. ergo ⁊c. ¶ Item ſecundo quia omnis actio ſubſtantialis noua eſt ad aliquem terminum formalem ſubſtantialem nouum: alioquin aliquod compoſituʒ generaretur de nouo: ⁊ nihil eſſet ſibi ratio generandi de nouo acquiſitũ: ſed iſta ſunt abſurda ⁊ incõuenientia: ergo actio nutritiua non poteſt eſſe ad compoſitũ quod nutritur: neqꝫ ad vnionẽ forme cũ materia: niſi ponatur forma que ſit ratio generãdi paſſiue: ⁊ terminãdi actionẽ agẽtis. ¶ Tertiũ cõſequens ſic deducit. Corruptio ſubſtãtialis eſt ad aliquẽ terminũ ſubſtãtialem formalẽ (vt prius) qui deſinit eſſe per actionẽ corruptiuã agẽtis: ſꝫ nullus eſt talis in ꝓpoſito: vt ẽ euidẽs ex dictis. ¶ Q, ſi tu dicas ꝙ corrumpitur ipſuʒ compoſitum quod eſt hic homo. ¶ Cõtra dupliciter. Tum quia nihil poteſt corrumpi: niſi ſit ſibi aliqua ratio corrũpendi. Tum etiam quia (ſm opi. ſan. Thome.) idem eſſe hominis eſt ipſius anime ſeparate a corpore: ⁊ totius. ita ꝙ anima habet idem eſſe cum toto. Alioquin (dicit ipſe) non poſſet idem homo numero reſurgere: dato ꝙ eſſe hominis eſſet interruptum: ⁊ totaliter corruptũ. Sed anima itellectiua remanet poſt ſeparationem a corpore in ſuo eſſe: ⁊ habet idem eſſe extra corpus: quod habet in corpore. ergo ſicut eſſe anime intellectiue non corrumpitur: eſſe totius nõ corrũpitur: quum hoc ⁊ illud ſint idem. ¶ Item quarta ⁊ penultima ratio cõtra vnitatẽ formaꝝ: q̃ꝫ preſupponit duo. Primo ꝙ nulla forma ꝯtinet virtualiter aliam eſſe realiter: quia eſſentialiter illa que nõ poteſt cõtinere virtualiter effectus illius alterius ⁊ non poteſt eſſe principium operationum illius alterius. Iſta ꝓpoſitio patet. quia ſicut effectus ſunt repugnantes ⁊ contrarij. ita forme videntur eſſe ꝯtrarie ⁊ repugnantes. ¶ Secũdo preſupponit: ꝙ eſſe quantum extenſibile: eſſe cõpoſitum ex cõtrarijs: eſſe corruptibile: iſti effectus repugnant anime intellectiue. Naʒ anima intellectiua eſt imaterialis ⁊ ſpiritualis. ideo nõ poteſt eſſe principiũ aliquorum iſtorũ effectuũ: qui effectus ꝓueniunt a forma corporeitatis: ⁊ a forma mixti. Ex his arguitur ſic. illa forma nõ eſt eſſentialiter eadeʒ alteri: nec ꝯtinet virtualiter illam: que de ſe ⁊ per ſe nõ poteſt eſſe principium operationum illius: nec cõtinet virtualiter tales operationes. Sed ita eſt ꝙ anima intellectiua non poteſt eſſe principium operationũ prouenientiũ a forma corporeitatis: quĩ nihil poteſt eſſe ratio eſſendi alicui in aliquo eſſe: qḋ eſt ſibi omnino incõpoſſibile ⁊ repugnãs. Sicut albedo non poteſt dare eſſe alicui quod ſit repugnans albedini: ſed eſſe corporeum: quantum: ⁊ extenſibile ſunt effectus omnino repugnãtes anime intellectiue: ⁊ ſunt effectus forme corporeitatis. ergo anima intellectiua nõ cõtinet virtualiter formã corporeitatis: nec eſt ſibi eadem eſſentialiter. ¶ Et confirmatur. Quandocũqꝫ de aliquibus duobus verificãtur duo cõtradictoria realia ⁊ realiter diſtincta illa realiter diſtinguũtur: ſed de anima itellectiua ⁊ de forma corporeitatis verificãtur ſic duo ꝯtradictoria: qꝛ forma corporeitatis eſt quãta: anima intellectiua non. imo habet in ſe poſitiue ⁊ actu aliquid quod repugnat extẽſioni. ergo anima intellectiua ⁊ forma corporeitatis diſtinguũtur realiter. ¶ Item quinto ⁊ vltimo arguitur ad principale preſupponẽdo duo. primũ (quod dicit Ariſto. ſcḋo de aīa. tex. cõ. 24.) ꝙ actus actiuorũ ſunt in patiente diſpoſito: ⁊ in tex. cõ. 26. Actus vniuſcuiuſqꝫ in ꝓpria materia natus eſt fieri. Ex quo infertur ꝙ in materia ſubſtantiali in qua debet recipi forma ſubſtãtialis vltima ⁊ ſpecifica: prius opꝫ ponere aliquã formaʒ imediate diſponẽtẽ ad vltimã formã. ¶ Secundũ preſuppoſitũ eſt ꝙ forma vltimate diſponẽs neceſſitat ipſam mãm ad formã vltimaʒ. Iſta ꝓpoſitio pꝫ: quoniã paſſiuʒ ſũme diſpoſitũ natum eſt perfici immediate ab agente circũſcripto quocũqꝫ alio. vt colligit de mẽte Ariſto. 9° metaphi. tex. cõ. 10. ¶ Quibus ſtantibus arguit ſic. Sit ita ꝙ ex ſemine habeat ꝓduci ⁊ generari aliqua forma ſubſtantialis vltia: que ſit verbi gratia. forma ſpecifica aſini: iſtam formam ſpecificam de neceſſitate precedit forma vegetatiua: quia ex ſentẽtia Ariſto. in. 16. libro de aīalibus. Embrio prius viuit vita plante q̃ꝫ vita ſenſitiua. Tũc arguitur. iſta forma ſubſtãtialis precedẽs: aut manet cũ forma vltima introducta: aut deſinit eſſe. Si dicas pm: habeo ꝓpoſitũ: ꝙ due forme ſbales ſunt ſimul. Si dicas ſcḋm.

Quoniã iſta forma precedens imediate diſponit ad formã vltimã. ideo cõtra iſtos negantes tales diſpoſitiones imediatas ⁊ neceſſarias. Arguit

multipliciter

multiplíciter q̄ tales nō corrumpantur. ¶ Et primo di uiſiue ſic. ſi habet corrumpi: corrumpetur ab aliquo con trario. aut tale cōtrarium erit forma vltima. aut erit ipſa materia: aut agens generans. Non eſt dicendum primū: propterea: quia diſpoſitio ad illud ad quod diſpōit ipſa diſpoſitio non habet oppoſitionem ⁊ contrarietatē. im mo conuenientiam ⁊ conformitatē. ergo virtute iſtius forme non corrumpetur iſta diſpoſitio. Non eſt dandū etiam ſecundum: q̄. ſ. corrumpatur a materia. Tū quia materia nō agit: ſed eſt principium mere paſſiuum. Tū etiam quia iſta diſpoſitio eſt ratio proportiōis ⁊ aſſimi lationis materie ad ipſam formā. Neq̄ dandum eſt ter tium: q̄ corrumpatur ab agente: quia illud nō corrum pitur ab agente: quod eſt maxime promotiuū: ⁊ nullo modo impeditiuum actionis agentis. Sed iſta diſpoſi tio eſt huiuſmodi: quia maxime eſt conſona agenti: ſiue facilitans ⁊ perficiens eius actionem. ergo ⁊c. ¶ Et con firmatur: quia agens generans: per actionem ſuam aſſi milat ſibi paſſum in quod agit: ſed materia ſub iſta diſ poſitione aſſimilatur agenti: ⁊ ſimile non corrumpitur a ſimili: ergo ⁊c. ¶ Et iterum cōfirmatur: quia agens ge nerans: ⁊ per ſe generat: ⁊ per accidēs corrumpit. per ac cidens autem corrumpit propter incompoſſibilitatē ali cuius forme exiſtentis in paſſo ad formam quam gene rat vltimate. (ita q̄ tota ratio corruptionis alicuius in paſſo eſt repugnantia ⁊ incompoſſibilitas forme ad for mam vltimate introducēdam.) Sed hic nulla poteſt re periri repugnātia: ⁊ incompoſſibilitas. ergo hec forma precedens formam vltimam non corrumpetur ab ipſo generante. ¶ Item arguitur ſecundo ad idem generali ter de omni forma diſponente. Et preſuppono vnum: videlicet q̄ forma vltimate diſponens ad formam vlti mam ſiue ſit ſubſtantialis: ſiue accidētalis: talis inq̄ for ma vltimate diſponens in quocunq̄ inſtanti cauſatur: non ſtat cum forma corrumpenda. patet hoc preſuppo ſitū: quia tunc forma corrumpenda eſſet in materia cū diſpoſitionibus omnino repugnātibus tali forme. Tūc ſic. Iſta forma vltimate diſponens in eo inſtanti in quo vltimo introducitur: aut ſimul erit cum forma generan da: ita q̄ in quocunq̄ inſtāti eſt iſta diſpoſitio: eſt illa vl tima forma generanda: aut in alio ⁊ alio inſtanti. Non in alio ⁊ alio inſtanti: quia (quum inter quecūq̄ duo inſtātia cadat tempus medium) ſequeretur q̄ in aliquo tempore materia eſſet ſine vlla forma ſubſtātiali. Quod probatur: q̄ vltima diſpoſitio vel forma diſponens ad vltimam formam generandam: non ſtat cum forma cor rumpēda: ergo in illo inſtanti in quo ē talis vltima diſ poſitio non erit forma corrumpenda. ergo nulla forma ſubſtātialis erit in materia. Nec poteſt dici q̄ ſit aliqua diſpoſitio accidentalis in materia ſine forma ſubſtātia li ſm̄ Thomam. ⁊ ita remanebit materia nuda in toto il lo tempore. ¶ Si autem dicas q̄ in eodem inſtāti eſt il la forma diſponens: ⁊ forma vltima generanda. ¶ Con tra arguitur ſic. Aut illa forma diſponens eſt prior origi ne ⁊ natura forma vltima generanda: aut poſterior. Si tu dicas q̄ eſt prior: habetur intentum: quia quum illa vltima diſpoſitio ſit in materia mediante aliqua forma ſubſtantiali quā preſupponit: ⁊ illa forma ſubſtātialis nō ſit illa forma generanda: q̄ illa non preſupponit: ſ₃ ſequitur ordine nāc illā diſpoſitionē vltimā: ſequit̄ q̄ i eodē inſtāti erit aliqua forma ſbālis cum forma vltima generanda in mā. Si vo dicas q̄ iſta diſpoſitio eſt poſte rior forma gn̄anda. Cōtra ſequeret̄ q̄ alteratio precedēs diſpoſitiones ad illā formā generandā nō hēet aliquē terminū ⁊ eēt īfinita. ꝯñia declarat̄: q̄ talis termin⁹ aut eſt forma ſbālis vltimo genita: aut eſt aliq̄ forma accidē talis ſequens talē formā. Nō eſt dādū primū. pbat̄ hoc tri pliciter. primo: quia forma ſubſtantialis eſt per ſe termi nus gn̄ationis: ergo nō eſt per ſe terminus alteratiōis: ⁊ maxime hoc ſequitur expoſitione magiſtri Franciſci de meronono: qui vult: q̄ gn̄atio nō diſtinguatur realit̄ a forma genita. ergo ſicut forma ſubſtantialis diſtingui tur realiter a forma accidentali: ita generatio ab altera tione: ⁊ ergo qđ eſt per ſe terminus vnius: nō eſt per ſe terminus alterius. Item 2° oīs mutatio finita prius eſt finita intrinſece q̄ extrinſece. forma ſbālis eſt termin⁹ ex trinſecus alterationis. ergo prius h₃ aliquē terminū in trinſecū quo intrinſece finit̄: q̄ nō videt̄ poſſe aſſigna ri ſequendo opinionem iſtorū. Itē 3° motus ⁊ termin⁹ ſunt eiuſdē rōnis: ſed ita eſt q̄ forma ſbālis non eſt eiuſ dem rōnis cū alteratione: neq̄ eſt forma que per altera tionē acquirit̄. ergo foīa ſbālis nō pōt ſic eēe terminus. Si vo dicitur 2ᵐ mēbrū. ſ. q̄ terminus per ſe alteratio nis ſit forma accidentalis: illa. ſ. que per ſe ſequitur ſfor mā ſbālē vltimo genitā. Iſtud deſtruit̄: q̄ in quocunq̄ eſt mutatio: in eodē eſt terminus mutationis: hoc ē de mente Ar. in multis locis: ⁊ preſertum in primo de gn̄a tione. tex. c. 23. ⁊ rō huius eſt: q̄ mouens per motū intē dit pficere ipſum mobile: ⁊ nō deſtruere: ⁊ mot⁹ ē actus ⁊ perfectio mobilis. Et propter hoc dixit Ar. ibi: ⁊ in ꝓ phiſi. ⁊ in. 5. Q₂ idē ſbm manet ſub vtroq̄ termino mu tationis. Stante iſta maiore aſſumo iſtā minorē. Sed forma accidētalis ſequens formā vltimā genitam non eſt in eodē ſbiecto in quo eſt alteratio precedens: (q̄ al teratio eſt in cōpoſito ex mā ⁊ forma corrumpenda. Vl tima diſpoſitio eſt in cōpoſito ex mā ⁊ foīa generanda.) ergo nō idē ſbm ſub mutatione ⁊ termino mutatiōis. ¶ Sed ad hāc gn̄alē rōnē cū in pn° dr̄. aut forma diſpo nēs eſt in eodē inſtāti cū forma generāda ⁊c. ab iſtis rn̄ det: q̄ in quocūq̄ inſtāti eſt vltima forma generāda cor rūpit̄ ⁊ deſinit eē vltia forma diſponens: ⁊ ipſa diſpoſi tio īducta ab agēte in mā, ita q̄ pᵐ eēe forme gn̄ande eſt pᵐ nō eēe ipſarū diſpoſitionū: ⁊ tūc agēs gn̄ans inducit in mā₃ nudā formā gn̄andā. ¶ Cōtra (q̄cq̄d ſit de incipe re eē: ⁊ deſinere eēe.) Nos loq̄mur de eē forme vltime diſ ponētis. Et querit̄: vtr̄ talis forma vltima diſponens: quū habeat ſuū eē: in quo inſtāti h₃ pmū eē: ⁊ pcedit ar gumētū vt prius: q̄ aut in eodē inſtāti: aut in alio: ⁊ ita vt prius. ¶ Preterea cōtra illud qđ hic dr̄ q̄. v₃. in pᵒ eē forme vltime gn̄ande vnit̄ ipſa forma māe nude. ¶ Cō tra hoc arguit̄: q̄ l₃ in eodē inſtāti in quo forma vltima diſponēs h₃ pᵐ nō eēe: introducat̄ forma gn̄anda: tū pri⁹ nā diſponēs ipſe corrūpunt̄ q̄ forma vltima introducat̄ ⁊ prius eſt imaginari mām nudā carentē quacūq̄ foīa: q̄ mā ipſa perficiat̄ forma vltima. Ex hoc arguitur ſic. Agens nullā formā generat de mā: niſi ad quā₃ mā de terminat̄ per aliqđ intrinſecū. ḡ forma genita nō vnitur māe nude. ꝯñia p₃. Et añs eſt cōmēta. in. 12. meta. com mē. 18. vbi vult: q̄ agēs nihil extrahat de mā: niſi in ipſa ſint ꝓportiones ⁊ habilitates ad formā₃ extrahendam. ¶ Hoc ēt cōfirmat̄ rōne: q̄ ſicut ſe h₃ agens in cauſando effectiue: ita mā in cauſando ſubiectiue ⁊ mālit̄. S₃ agēs ſic ſe h₃ in agēdo q̄ nihil agit niſi determinet̄: vel ſit de terminatū ad propriū effectū pducendū. Ergo ſic ſe hēt mā: q̄ nihil cauſabit mālitēr reſpectu forme in ſubſtāti ficādo formā: niſi per aliqđ intrinſecū determinetur ad ipſam. ¶ Q₂ ſi tu dicis q̄ agēs pducit determinatā for mā in materia ex pñtia ipſius ad mām nō habentē con trarium ⁊ repugnās agenti. ¶ Cōtra. q̄ agens phiſicū in agendo preſupponit mām que prius ordine originis ⁊ via gn̄ationis preſupponit̄ q̄ ipſum agēs agat) Pro pter h̄ dixit Ar. ꝓ phiſi. q̄ mā eſt in genita de qua agēs generat.) Et agens preſupponens talē mām: preſuppo nit ipſam magis inclinatā ad vnā formā: q̄ ad aliam: ſi de ipſa d₃ pducere determinatā formā. (Hec ſecūda ꝓ poſitio arguit̄ ſic. ſicut ſe h₃ agens ad mām in generādo

ſic ſe hȝ ad īclinationē mãe ꝗ ad determinatā formā gn̄andā. Sed ſic ſe hȝ agēs gn̄ans ī gn̄ando ꝙ pſuppōit mām ad hoc ꝙ pducat formam. ergo ad hoc ꝙ pducat de ipſa determinatā formā preſupponit ipſaȝ magis determinatā ⁊ īclinatā ad illā. Iſta ppōne aſſūpta p maiore ⁊ probata: ſubſumit iſta minor) ſȝ ita ē ꝙ in illo īſtāti nāe in ꝗ mā cōſideratur nuda: hȝ eq̄lē īclinationē ad oēȝ formā: ⁊ nō magis ad vnā ꝗ̄ȝ ad aliā. ergo de ipſa oēs forme educent: aut nulla.

Hec argumēta hȝ videant̄ pcedere ꝯ ponētes fieri reſolōneȝ uſqȝ ad mãȝ pmā: tn̄ efficaci⁹ pcedūt ꝯ ſan. Tho. q pōit nullā ultimā diſpōnē preuiā ad formā gn̄andā manē ī aduentu forme. Un̄ mā (ex iſta opinione) nō determiat̄ īt̄riſece ad formā q: p nullā formā ſibi īexiſtē. Neqȝ extriſece. q: nō p agēs. (qđ pbat̄.) Tū q: agēs nō determiat mãȝ p formam ſuā ſbalē: q: illa imediate nō agit. p ipſuȝ Thomā. Neqȝ p formā acc̄ntalē: q: illa nō attingit in actione ſua terminū ſbalē: ut alīs declaraui: ⁊ ē de mente doctoris ſubtilis in. 4. di. 12. q. 3. Tū q: maior diſpō reqrit̄ in mã: ⁊ in maiori gradu reſpectu forme pfecte ꝗ̄ȝ ipfecte. Lȝ daretur: ꝙ reſpectu impfecte ſufficit determiatio que fit p agēs: nō tn̄ vr̄ hoc ſufficere reſpectu pfecte. ℭ Et confirmat̄ hoc: q: ſi in mã nulla fiat diſpoſitio preparans mām poſitiue ad formā: ſȝ ſolū puatiue diſpones: precise in illo gradu fiet diſpō quo forma corrūpit̄: ⁊ tūc diſpō corruptiua ī mã eēt ſufficiēs p gn̄atiōe cuiuſcūqȝ foīe ſiue pfecte: ſiue impfecte: ⁊ tūc vr̄ ſeq ꝙ quodlibet poſſet gn̄ari ex quolibet ⁊ nō determinatū ex determiato: qđ ē falſuȝ. Nec ualet fugere ad ordinē formaꝝ: ſic ꝙ impfecta precedat pfectā: hoc nihil ē: q: mā nuda pōt imediate pfici ab agēte pñte ſm illā formā quā ꝯtinet v̄tualr̄: ⁊ quū ſit īdifferēs ad quācūqȝ formā: poterit quācūqȝ recipe: ubi nō ſit impediēs.

ℭ Decta. ultio arguit̄ ꝯ corruptiōes iſtaꝝ diſpōnū: duȝ tales affirmāt: ꝙ in aduētu cuiuſcūqȝ forme corrūpant̄. Nā certū eſt ꝙ alteratio ſeu acc̄ns īductū p alterationeȝ poſitiue diſponēs ad formā gn̄andā hȝ eē pfectuȝ in illo gradu: quo ultimate diſpōit ad formā. aliogn̄ alteratio non eſſet finita aut terminata. Aut ergo tale accidens corrūpit̄ in īſtāti quo hȝ eē acquiſitū ⁊ cōpletū: aut in alio. Nō pmo modo: q: accidens ſil' eſſet ⁊ non eſſet in eodeȝ inſtāti: ſi in alio: ergo int' hoc ⁊ illud mediat tēpus: ergo in toto tpe inter medio alteratū qeſcet quo dato ſequitur: ꝙ generatio forme ſubſtātialis nō eſt finis alterationis precedētis: qđ eſt contra Auerroym primo phiſicoruȝ: ⁊ ita generās nō generaret alterādo: ſȝ moueret imediate ad formā ſubſtātialē: qđ eſt ꝯtra Ar. ⁊ oēs philoſophātes: ⁊ contra ſenſum. Et ulterius ſequit̄: ꝙ paſſum ultimate diſpoſitū nō perficeret̄ imediate ab agēte pñte nō ipedito: qđ eſt ꝯtra Ariſto. 9. meta. Unde pōt ſic formari ratio. Nullū accidēs corrūpit̄ in fine alterationis per quā acqrit̄: q: in illo īſtāti pficit̄. Igitur ſi in illo inſtāti corrūperet̄: in illo inſtāti ſil' eēt: ⁊ nō eēt. Sed p te forma ſubſtantialis nō gn̄at̄ niſi accidentia inducta per alterationem corrūpant̄. ⁊ in illo inſtāti gn̄atur quādo accidentia illo corrūpit̄. ergo forma nō gn̄at̄ in fine alterationis: uel ſi ſic. ſequit̄: ꝙ forma gn̄at̄ quādo accidētia inducta per alterationē adhuc manēt: qđ eſt ppoſitū. Iſta rō pcedit contra ſan. Tho. qui ponit diſpōnē ad formā ſubſtātialē terminari ad aliquē gradū ad queȝ neceſſario ſeqt̄ corruptio foīe corrūpede: ⁊ gn̄atio foīe gn̄ande p modum ſequele. Nō ſic Sco. q pōit tn̄ terminū extriſecū iſti⁹ alteratiōis: ⁊ nō itriſecū: ⁊ ēt ꝙ nullus ē gdus ī alteratiōe induct⁹ ab alterāte: ut alterās ē: q ſit incōpoſſibilis foīe corrūpende ſȝ talis īduat̄ uel a gn̄ante: uel a ſubſtātia genita: ⁊ ita alteratio finit̄ extriſece: ⁊ rōne agētis: ⁊ rōne termini. De hoc videas in. 4. di. 12. q. 3. Sȝ tūc ex iſta opinione reſpōdēdum eſſet ad obiecta ſuperius cōtra reſponſionē de termino extrinſeco: de quo alias.

Poſtremo arguitur theologice: ꝙ. vȝ hec via negās pluralitatē formaꝝ contradicat fidei catholice ⁊ v̄itati: cū ex ea ſequat̄ ꝙ corp⁹ ieſu chriſti viuū nō fuiſſet idē corpus qđ erat mortuū: qđ eſt cōtra doctores catholicos ſacratiſſime fidei: ⁊ preſertim cōtra Aug. ⁊ Ambro. qui multis rōnibus nitūtur oſtēdere ꝙ idē fuerit oīno corpus chriſti viuū ⁊ mortuum. Et pmo preſupponit̄ vnū fundamētū: ꝙ ad vnitatē numeralē effectuū reqrit̄ vnitas forme: ſicut ēt mãe. Et hoc colligit̄ de mēte Ari. 12. meta. tex. cūmē. 27. Et rōne pbat̄ Sicut eni cōpoſitū depēdet eēntialiter a mã: ita ⁊ a foīa: ⁊ principalius a forma ꝗ̄ȝ a mã: quum forma ſit pmum ⁊ principalius cōſtitutiuū cōpoſiti. Ex hoc arguit̄. illō qđ depēdet ab aliquo eſſentialiter ꝗ̄tū ad eē depēdet ab eodē eēntialiter ꝗ̄tū ad vnitatē ꝯſtitē eē: q: quocūqȝ aliqd ē ens: eſt ēt vnū: cū ens ⁊ vnū cōuertant̄. ex. 4. meta. tex. cō. 3. Sed ita eſt ꝙ cōpoſitū dependet eſſentialiter a forma: ꝗ̄tū ad eē. ergo ēt ꝗ̄tū ad eius vnitatē: ⁊ ita nō erit vnuȝ ⁊ idē: niſi habeat vnā ⁊ eandē formaȝ. ℭ Iſto ſtante data iſta poſitione dupliciter pbatur ꝯſequētia pncipalis. pmo ex vnitate corporis in ſe. 2° ex nā diuine hipoſtaſis. pmo ſic: q: in corpore chriſti mortuo nō remāſit aliqua forma que prefuit ī corpore viuo: ſed alia p te virtute diuina fuit in chriſti corpore creata. Ex quo ſequit̄ ꝙ totū cōpoſitū reſultās ex mã pᵃ ⁊ ex forma 2ᵃ creata nō habebat idē eē: neqȝ eādē vnitatē: queadmodū pȝ ex premiſſo ſuperi⁹. ℭ Et cōfirmat̄ ꝙ hoc corpus ſm ſuū eē diſtiguebat̄ realit̄ ab illo: q: ab alia ⁊ alia forma ul' diuerſa reſultat aliud ⁊ aliud eē cōpoſiti realit̄ diuerſum: ſȝ ī ppoſito fuerūt forme realit̄ diuerſe. ergo diuerſa cōpoſita: ⁊ diuerſa eē cōpoſiti realit̄. ℭ Etiā ꝯfirmat̄ 2°. Nā ſm ſan. Tho. cōpoſitū dicit tertiā entitatē diſtinctā realiter a ſuis ptib⁹: ſed ita ē ꝙ ex foīa illa creata ⁊ ex mã ſua reſultabat vna 3ᵃ entitas realit̄ diuerſa ab entitate totius cōpoſiti: que reſultabat ex vnione aīe intellectiue ad mãȝ chriſti. ergo hec entitas ⁊ illa erāt realit̄ diuerſa. Sȝ 3ᵃ entitas ⁊ ipſuȝ cōpoſitū ſubſtātiale ſunt p ſe oīno idē ex nā rei. (Licet diſtiguant̄ ſm rōnē.) ergo relinquit̄ ꝙ hoc corp⁹ ieſu chriſti viuum: ⁊ illud mortuū diſtinguebant̄ realit̄ ⁊ eēntialiter. Sed quecūqȝ diſtinguunt̄ ſic realit̄ ⁊ eēntialiter ſūt ſimpliciter diuerſa. ergo corpus chriſti viuū ⁊ mortuū erāt ſimpliciter diuerſa. ℭ Et 3° ꝯfirmat̄ hoc ex fūdamēto ſan. Tho. ſic. Totū eē hoīs ē eē aīe itellectiue: ut dicit ipſe. ergo totū eē ieſu chriſti viui ꝗ̄tū ad eē hoīs erat eē aīe itellectiue. ſed tale eē aīe itellectiue nō habuit corpus chriſti mortuuȝ: q: in eo nō erat aīa itellectiua. ergo relinqtur ꝙ hoc corpus ⁊ illud erāt ſimpliciter diuerſa. ℭ Sed forte tu dices ꝙ fuit idē rōne mãe: ⁊ rōne hipoſtaſis. ℭ Cōtra. Quuȝ ex igne gn̄at̄ aer: certū ē ꝙ eadē mã ē in igne: ⁊ in aere genito. ⁊ tn̄ nō ꝯcedit̄ ꝙ ignis ⁊ aer ſint idē numero. Ex quo ſequit̄ ꝙ nō maiorē idētitatē ⁊ vnitatē hēt corp⁹ chriſti viuū ⁊ mortuū: ꝗ̄ȝ ignis corruptus: ⁊ aer genitus ex ipſo. ℭ Et ꝯfirmat̄: q: oppoſita ꝯtraria ad ſe inuicē ſuccedūt in eodē ſubiecto: ⁊ in eadē mã. Et tn̄ nō ꝯcedit̄ ꝙ vnū ſit aliud: aut ꝙ hēat idētitatē cū ipſo pp idētitatē ſubiecti: ⁊ ita corpus chriſti viuū ⁊ mortuū nō hēnt maiorē identitatē ꝗ̄ȝ duo ꝯtraria ⁊ oppoſita ad ſe inuicē ſuccedētia in eodem ſubiecto. ℭ Itē 2° ꝯfirmat̄. Illa que ſunt idē ſm mām: ſunt idē ſm qd ⁊ diuerſa ſimpliciter: ſicut appet de igne gn̄at̄ ex aere. ergo corp⁹ chriſti viuū ⁊ mortuū eēt idē ſȝ qd: ⁊ diuerſum ſimpliciter. Ex ꝗ ſequit̄ ꝙ iſte ppōnes ꝗs ꝯcedūt theologi. vȝ. ideȝ corp⁹ chriſti iacuit in ſepulchro qđ prefuit in cruce: ⁊ ſimilr̄ iſta. idē corpus chriſti qđ fuit in ſepulchro reſurrexit ad vitā: eēnt falſe ſimplr̄: ⁊ v̄e ſm qd. Et ita articulus fidei eſſet falſus ſimpliciter: ⁊ verus ſm qd: qđ abhorrēt aures catholice audire: ⁊ ſapit manifeſtiſſimā hereſiȝ. ℭ Immo probat̄ ꝙ illud corpus qđ iacuit in ſepulchro ſimplr̄ nō poterat reſurgere ad vitā: q:

illud non

illud nõ põt reſurgere ad vitã: cui repugnat ſimplr ois vita. Sꝫ ita eſt ꝙ illi corpi repugnat ois vita: qḋ ꝓbaṫ: qꝛ qḋ deſtruiṫ oino ⁊ deſiſtit eē pp vitã ei ſic repugnat viuere: ſꝫ tale corp⁹ qḋ erat in ſepulchro eſt hmõi: qḋ ꝓbaṫ: qꝛ tale corp⁹ erat qḋdã ꝯſtitutũ realr diuerſũ ſm ſan. Tho. ab oib⁹ ptib⁹ ſui ſuꝑiis. ſ. mã ⁊ for ͣ illa q̄ dabat eē illi mãe quã tu appellas formã vicariã. Sꝫ certũ ē ꝙ cũ fuit vnita aia intellectiua mãe deſijt eē: ⁊ corrupta fuit for ͣ vicaria: ⁊ ꝯ̄ñti ꝫ ͣ entitas corpis in q̄ñtũ tale corpus. ğ nullo mõ iſti corpi potuit vita cõpetere: aut ipm viuificare.

Ex parte hipoſtaſis diuine deducitur 2° ꝓncipalr ꝓ ͣ ꝯ̄ñtia ꝑſupponẽdo ꝙ ſicut verbũ diuinum aſſumpſit nãm humanã ad vnitatẽ hipoſtaſis ⁊ ꝑſone: ita potuit aſſumere lapidẽ ⁊ nãm diaboli: imo ſil ⁊ ſemel põt ipm ṽbuꝫ vtrãqꝫ nãm ſuppoſitare: ⁊ ad vnitatem ſui ſuppoſiti aſſumere. ¶ Iſto ſtante arguiṫ: illa q̄ ſunt diuerſa ſimplr ⁊ ſm ꝓprias formas ſpecificas põt i eodem ſuppoſito vniri a᷑ vnitatẽ ſuppoſiti. ğ nõ maiorem idẽtitatẽ habuit corpus xp̄i viuũ ⁊ mortuũ q̄ꝫ duo diuerſa ſimplr. imo cũ oppoſita põt ſic aſſumi ad vnitatem ſuppoſiti: ſequereṫ ꝙ corpus xp̄i viuum ⁊ mortuũ nõ maiorẽ idẽtitatẽ hꝫet q̄ꝫ duo oppoſita ſimplr que ad vnitatẽ hypoſtaſis aſſumerenṫ. vꝫ. exẽpli cã. ſi ſtãte aſſumptione hoīs verbum aſſumeret aſinum: idẽ ſuppoſitũ eſſet rationale: ⁊ irrationale: ⁊ ita q̄lis eēt idẽtitas rõnalis ad irrationale: talis eſt corporis xp̄i viui ad corpus mortui. ¶ Multe alie rõnes poſſent adduci: que ſũt ipſorum theologoꝝ: ſed iſte pro nunc ſufficiant.

Dico ergo aliter ad q̄õnẽ: ponẽdo aliqua notãda. ¶ Primo notãdũ eſt: ꝙ quecũqꝫ due forme ſbales ſpecifice vltimate ſunt incõpoſſes in eodem ſuppoſito. loquẽdo nãliter. Rõ hui⁹ eſt: qꝛ for ͣ ſpecifica vltima dat vltimatũ eſſe cõpletũ ⁊ ꝑfectum. Nihil aũt hꝫ eſſe cõpletum ⁊ ꝑfectum in actu duab⁹ rõnib⁹: qꝛ tunc aliqua iſtaꝝ circũſcripta: nil minus ſuppoſitũ hñs eſſe vltimatũ ꝑ aliã formam cõplete ⁊ ſufficiẽter hꝫet eē: ⁊ ita aliquid eſſet cõpleta ratio eſſendi alicu ſufficienter ⁊ ꝑfecte: quo tñ ſubtracto: nihil minus ſuppoſitũ hñs eē hꝫet cõpletũ ⁊ ꝑfectuꝫ eē. Ex quo ſequiṫ: ꝙ cuicũqꝫ cõpetit vna for ͣ ſpecifica vltima: nõ põt ei altera competere. ¶ 2° notãdũ eſt: ꝙ forme ille ſbales dñr incõpoſſes: q̄rũ vna ꝯ̄tinet ṽtualr alterã: illa aũt for ͣ ṽtualr ꝯ̄tinet aliaꝫ cui⁹ effectus ⁊ oꝑationes põt ſupplere ⁊ cãre ipſa circũſcripta: ſed for ͣ mixti põt eē ꝓn^m oꝑationũ ⁊ effectuũ ꝓuenientiũ a for ͣ corporeitatis. ğ for ͣ mixti ṽtualr ꝯ̄tinet for^m corporeitatis. Declaraṫ aſſũptũ ꝑ minori. Certũ ē ꝙ effectus forme corporeitatis ſunt eē q̄ñtuꝫ: ⁊ eē extẽſibile: ⁊ eē corruptibile. Oẽs aũt iſtos effect⁹ põt ſupplere for ͣ mixti ⁊ elemẽti ſine for ͣ corporeitatis. ğ ſequiṫ ꝓpo^m: ꝙ for ͣ mixti ꝯ̄tinet ṽtualr formã corporeitatis ⁊c. Silr vlterius cũ aia intellectiua poſſit eē ꝓn^m oium oꝑationuꝫ ⁊ effectuũ ꝓuenientiũ ab aia ſenſitiua: qꝛ nullus effect⁹ talis repugnat aie intellectiue. Sequiṫ ꝙ aia intellectiua ꝯ̄tinet ṽtualr aiaꝫ ſenſitiuã. ⁊ qḋ dixi de aia ſenſitiua: dico etiã de vegetatiua: ⁊ ꝑ opp^m cũ aia intellectiua nõ poſſit eē ꝓn^m effectiuũ ꝓuenientiũ a for ͣ corporeitatis: qꝛ ex rõne aie intellectiue nõ põt ſequi eē q̄ñtũ: eē extẽſibile: eē cõpoſitũ ex ꝯ̄trijs. ⁊ eē corruptibile: cũ oia iſta repugnẽt aie intellectiue: ſequiṫ ꝙ aia intellectiua nõ ꝯ̄tinet ṽtualr formam mixti: aut formã corporeitatis. ¶ Ex qb⁹ ſequunṫ duo: quoꝝ ꝓ^m eſt: ꝙ aia ſenſitiua ⁊ aia intellectiua vt diſtincte for ͤ ſũt icõpoſſes in eodẽ ſbto: vꝫ pꝫ ex dictis. ¶ 2^m qḋ ſequiṫ eſt ꝙ for ͣ corporeitatis ⁊ for ͣ mixti vt diſtincte for ͤ ſunt incõpoſſes in eodẽ. ¶ Sed ꝯ̄ iſtud ꝓ^m corr^m inſtat. ꝓ qꝛ nõ vr̄ ꝙ aia intellectiua ṽtualr ꝯ̄tineat aiaꝫ ſenſitiuaꝫ ⁊ ei⁹ effect⁹ poſſit ſupplere: qꝛ certũ ē ꝙ aia ſenſitiua ē q̄ñta ⁊ extẽſa. intellectiua aũt iextẽſa. ğ ſenſitiua nõ põt cõtineri ṽtualr i intellectiua. ¶ Itẽ 2° aia ſenſitiua hꝫ opõnes organicas. intellectiua aũt nõ organicas. ğ vna nõ ꝯ̄tinet aliã. ¶ Ad ꝓ^m rñdeṫ ꝙ illud qḋ eſt de ſe extẽſum ⁊ q̄ñtuꝫ: nõ põt ꝯ̄tineri virtualr neqꝫ realr ⁊ idẽtice in eo qḋ eſt inextẽſum ⁊ imãle de ſe. Sꝫ illud qḋ eſt extẽſum ꝑ accñs ⁊ ab extrinſeco: bene põt ꝯ̄tineri i mãli ⁊ iextẽſo. Nõ ſic eſt ꝯ̄ aia ſenſitiua: qꝛ ipſa tñ ꝑ accñs eſt extẽſa. ſ. ꝑ quãtitatem ſibi aduenientẽ. ğ nõ repugnabit ei ſic ꝯ̄tineri in aia intellectiua. ¶ Ad 2^m Rñdet ſan. Tho. ꝙ a a intellectiua hꝫet aliquas operationes que cõprehẽdunṫ a mã ⁊ ſũt imerſe mãe: aliquas vero oꝑationes que ſuꝑegrediunṫ mãꝫ: ⁊ ſunt oino eleuate a mã. Prime oꝑationes ſunt ſenſitiue que exercenṫ per organa ⁊ dependẽt ab organis ſecũde oꝑationes ſunt oꝑationes itellectiue: que ſunt intelligere ⁊ velle: in qbus aia nõ vtiṫ organo. Et ſm hoc põt dici: ꝙ aia itellectiua eſt forma cõprehẽſa a mã in q̄ñtum ſenſitiua. ſed in q̄ñtũ itellectiua ē forma ſuꝑegrediẽs mãꝫ. Dicat ğ: ꝙ nõ eſt incõueniẽs ꝙ eadẽ aia intellectiua ſit ꝓncipiũ illimitatũ iſtaꝝ operationũ alteri⁹ ⁊ alterius rõnis: ⁊ potẽs vtrãqꝫ oꝑationẽ exercere: aut per ſeipſam: aut mediãte organo corporali. ¶ Sed ꝯ̄ iſta dicta: ⁊ ꝓ ꝯ̄ qḋ dicĩ ꝙ aia intellectiua vt intellectiua: eſt forma eleuata a mã arguiṫ duplr. 2° ꝯ̄ hoc qḋ dicit aiaꝫ intellectiuã nobiliorẽ ꝑ hoc ꝙ eſt min⁹ imerſa mãe. ¶ Primo ſic. hõ non eſt hõ mediãte aia intellectiua niſi prout aia itellectiua iformat corpus. ğ nõ operaṫ oꝑatione ꝓpria hoīs niſi prout aia itellectiua informat corpus ⁊ ipſaꝫ mãꝫ. ğ hõ vel nõ intelligit ſm aiaꝫ vt per ꝓn^m formale ipſius: vel ſi intelligit ſꝫ aiaꝫ: intelligit per ipſaꝫ vt informat corpus: ꝯ̄ñtia ꝓma eſt euidẽs: qꝛ ſicut ſe hꝫ aia in eēndo: ita ſe hꝫ in operãdo. ꝓbaṫ aũt aſſumptũ. Nã cõpoſitũ ex ſuis ptib⁹ nõ eſt illud qḋ eſt niſi ex ſuis partib⁹: ⁊ nõ ex partibus vt ſũt diuiſe ⁊ ſepate: ſed vt ſunt vnite. ſicut apparet de mente Ariſ. in. 7. metaphi. circa finẽ de ſyllaba ba. qꝛ nõ cõponiṫ ex. b. ⁊. a. niſi vt vnitis: ⁊ hoc eſt veꝝ ſm ipſum nõ ſolum de partibus mãlibus quas vocat elemẽta: veꝝ ēt de partibus eſſentialib⁹ que ſũt mã ⁊ forma. Ex quo ſequiṫ: ꝙ aia intellectiua quomodocũqꝫ ſe hꝫeat ad oꝑatiões ſuas: ſemp eſt cõprehenſa a mã ⁊ imerſa mãe. ¶ Arguiṫ ſecundo. Aia intellectiua ſm gradũ ſupremũ ſue ꝑfectiõis eēntialis informat mãm: ſed intelligere nõ põt cõpetere aie intellectiue ſm aliquẽ gradũ ſuꝑiorẽ q̄ꝫ ſit ſuprem⁹ gradus. ğ intelligere nõ cõpetit ſibi vt excedit mãm ſed ſoluꝫ vt informat. Añs eſt manifeſtũ. Qm̃ dato oppoſito: ſeqṫ ꝙ hõ per aiam intellectiuã non erit ſpecies proxima angelo: qꝛ hõ nõ eſt hõ niſi vt aia informat mãm: ⁊ ğ ſi nõ iformaret ſm gradũ ſupremũ: nõ eſſet hõ ſpẽs ꝓxĩa angelo: qꝛ aia itellectiua ſm ſuũ gradũ ſupremũ eſt imediata angelo. ¶ Q. ſcḋo tu dicis ꝙ anima intellectiua per intelligere ſuperegrediṫ mãꝫ: qꝛ quãto forma eſt nobilior tanto minus eſt immerſa materie. ¶ Contra. Iſtud imergi eſt ṽbũ metaphoricũ. aut per illud magis: aut minus immergi itelligiṫ maior ⁊ minor gradus nobilitatis: ⁊ ſi ſic non eſt veꝝ: ꝙ maior ⁊ minor gradus nobilitatis faciat formã ſuperexcellere mãꝫ: ſic ꝙ ipſa nõ iformet: qꝛ certuꝫ eſt. ꝙ forma mixti eſt nobilior q̄ꝫ forma elemẽti: ⁊ tamen vtraqꝫ forma informat mãꝫ. Aut tu intelligis illud imergi ſic. ꝙ minus imergi eſt abſtrahere a ſitu ⁊ a loco: ⁊ ſi ſic intelligis: nõ eſt ad ꝓpoſitũ. vꝫ. ꝙ aia intellectiua dicatur minus imergi mãe: qꝛ abſtrahat a ſitu. qꝛ certũ eſt cũ ipſa ſit ſba imãlis (quomodocũqꝫ ſe hꝫ ad corpus) abſtrahit ab oi ſitu: qꝛ per te nulla ſba imãlis eſt ſitualr in loco (gc gd ſit de poſitiõe nr̃a.) ğ adhuc poſito ꝙ abſtrahaṫ a ſitu de ſe: ipſa tñ eſt imerſa mãe: qꝛ ipſaꝫ actualiter informat. Ex quo ſequiṫ ꝙ rñſio ꝯ̄ ſuperegreſſione mãe ⁊ minori imerſione nõ ſatiſfaciat. ¶ Ideo iuxta premiſſum corr^m eſt dicendũ ꝙ forma imãlis põt ꝯ̄tinere virtualr formaꝫ mãle. Pro quo modus ponitur talis. Quia forma que eſt ꝓn^m illimitatũ quodãmõ: ⁊ eſt ꝓn^m pluriuꝫ operationũ

diſſimiliū que nō pñt exerceri p vnā determinatā partē corporis: ſed regrit diuerſas ptes diſſimiles ⁊ difformes in cōplexione: poterit talis forma exercere illas opatiōes organicas p diuerſa organa: nō obſtāte: ꝙ ipſa ſit imālis in ſe. Sed ipſa ſic in eſſendo pficit totū corpus organicū ⁊ quālibet ptē eius: ita ⁊ in operando. ⁊ ita regrit ad hoc vt poſſit pfecte opari in tali corpe opationes ꝯuenientes toti ⁊ partibus ſuis: ꝙ ſuum pmum ⁊ adequatū pfectibile hēat ptes diſſimiles: ⁊ difformis cōplexionis. Ex quo ſequitur: ꝙ cū aia itellectiua ſit pfectiſſima forma phyſica iter oēs alias formas: ⁊ ſit actus corporis: poterit ipſa ſupplere vicez aie ſenſitiue: ⁊ ita ꝯtinebit ipſam aiam ſenſitiuā vtualiter: ⁊ ēe ſbaliter. Ex quo apparet: ꝙ ppō aſſūpta eſt falſa: ꝙ forma imālis: q̄ tn̄ eſt actus corporis pficiens corpus in eē: nō poſſit ꝯtinere vtualiter formam aliquā mālē eductā de potentia materie.

Quātū ad 2m artm. Ex his ponunt (rndēdo ad qōnē) q̄tuor ꝯnes. quaꝝ pa eſt iſta. Q. i mixto inaīato. ſilr ⁊ in corpore elemētari eſt tm̄ vna forma ſbalis. Iſta ꝯcluſio pbat. q: forma ꝯtinēs vtualr aliaz eſt incōpoſſis illi: vt diſtincta realr ab ipſa. Sed forma mixti cōtinet virtualr formā corporeitatis. Conſilr dōm eſt d forma ſpecifica elemēti ⁊ de forma corporeitatis. ğ ⁊c. ¶ 2a cōcluſio. In quolibet aiato de neceſſitate opz dare ad minus duas formas ſbales. Iſta ꝯcluſio lz ſatis pateat ex dictis ꝯ priorē opi. tn̄ adhuc ꝯfirmat auctibus Ar. ⁊ Cōmē. ac etiam rōne. ¶ Primo ſic. pa auctoritas Cōmē. eſt primo meta. cōmē. 17. Genus iquit ipſe eſt aliud a mā. Genus enim eſt forma vlis: mā aūt ſm ꝙ eſt in ea: nō dz eē in actu aliqd oino: ⁊ ex eis q̄ recipit nullaz hz formā oino: neqz vlem: neqz particularē: ſed pº recipit formā vlez: ⁊ poſtea mediāte forma vli recipit formas alias vſqz ad idiuiduales: ⁊ eſt vna nūo: ſm ꝙ eſt ſbm formaꝝ indiuidualiū: ⁊ multa ſm formas: q: diuidit in eas. Et poſtmodū ſubdit. Genus aūt eſt vnū in forma media iter actum ⁊ potentiam in multis. Ecce q̄z dare dicit Cōmēta. ꝙ mā pa pº recipit formas vles: ⁊ poſtmodū alias vſqz ad formas idiuiduales. ¶ Ad idē eſt qd dicit Cōmē. 7. meta. cō. 35. Nomē forme dr de forma vli que declarat qditatē ſpēi: ⁊ de forma pticulari que eſt forma māe demōſtrate. Et in eodē. cōmē. 43. Manifeſtū eſt ꝙ diffinitio eſt ſermo cōpoſitus ex dñis: ⁊ nō dicit ex dñis ⁊ gñe: q: genus apud ipm eſt forma vlis: ⁊ dña eſt pticularis. Et ꝙ ipſe intelligat de forma q̄ eſt altera pars cōpoſiti: ⁊ nō pale de forma declarāte: appet p illd qd dicit in pº phi. cō. 1. Que eni iquit ipſe ſunt pter māz pmam ⁊ vltimā formam ſūt māe cōpoſite: ⁊ forme cōpoſite. Si datur forma vltima: cū vltimū hēat ordinē ad pus opz dare pus in rōne forme. ¶ Item in 6º phiſi. cō. 59. oſtēdit: ꝙ ptes organice aialis hñt diſtinctas formas ſpecificas. vñ ait. Et ⁊ motus gñari alicuius totius cōpoſiti ex motibus ptiū i gñationibus cōpoſitis ex motibus diuerſis. Et poſtea dic. Non ſequit vt trāſmutatū qd pcedit in ea ſit de ſpē trāſmutati poſterioris: ſz de alia ſpē: lz trāſmutatio dicat eē eiuſdē ſpēi. Ex q̄ ſnia vult: ꝙ in gñatione in q̄ gñant ptes organice aialis nō opz vt trāſmutatū poſterius: hoc eſt genitū: ſit de ſpē geniti prioris: lz trāſmutatio ſit eiuſdē ſpēi in hoc qd eſt tranſmutatio ſbalis. Et exēplificat ipſe: ſic domus cōponitur ex gñatiōe alioꝝ corpoꝝ: nō ſeqtur vt ptes trāſmutationis ſint eiuſdē ſpēi: ⁊ hoc ſilr ingt ipſe parū poſt. Accidit in gñatiōe aialiū ⁊ alioꝝ corpoꝝ organicoꝝ. ¶ Itē dicit. 12. meta. cō. 27. cāe ingt iſtaꝝ ſunt eedē in forma gñali ⁊ diuerſe in forma ſpāli. Et intēdit (ingt ipſe) p hoc qd dic in eadē forma: formā gñalez: ⁊ p hoc qd dicit: ⁊ differūt ſm formas: formas ſpāliſſimas. ¶ Multe alie auctes poſſent ad hoc ppoſitum induci ſm Ar. ⁊ cōmē. ſed q: locus ab auctē nō multū eſt efficax: ideo iſte adducte p nūc ſufficiant. ¶ Rōne ēt ꝯfirmat ſic. Q. ſtatim ſequeret ꝯdictio dato oppº iſtius ꝯnis. qd declarat. q: corrupto aiato: ſequeret: ꝙ aliqd vnum eſſet in actu ſine generatiōe ſubſtantiali: corrupta forma ſbali in ſpo. Et vlterius ſeq̄ret: ꝙ nō eſſet in actu: q: nō p formā ſbalē corruptā: neqz p aliquā aliā: q: illa nō potuit gñari i taz puo tpe: aut i iſtāti in quo corrūpit viuēs: vt declaratū eſt ipugnādo priorē opinionē. ğ ad vitandā ꝯdictionē opz ponere ad minus duas formas ſbales. ¶ Et ꝯfirmat hoc de hoīe: q: aia itellectiua ſi ſit forma hois ſbalis: non pōt ſupplere vicē forme corporeitatis: vt declaratuz eſt ſupius. ğ ad minus in hoīe erunt due forme ſbales. ¶ 3a ꝯcluſio eſt iſta. Nō ſunt tot forme ſbales in cōpoſito: quot ſunt pdicata qditatiua. Iſta ꝯcluſio pbat. Ille forme nō ſunt diſtīcte realr: quaꝝ vna ꝯtinet aliā virtualr. Sed forme ſbales que ſumunt a diuerſis pdicatis eſſentialibus vna ꝯtinet aliam virtualr. vt pz ex dictis. ğ relinquit ꝙ nō ſunt tot forme ſbales diſtīcte. ¶ 4a ⁊ vltima ꝯcluſio. In quolibet cōpoſito ſbali tot ſunt forme ſbales realr diſtincte ptiales: quot ſunt ptes organice realiter diſtincte. Iſta ꝯcluſio pz ex dictis: ⁊ maxime ex ſnia Auer. in. 6. phi. cōmē. 59. allegato.

Quantū ad vltimuz arti. ad rōnes alterius opi. rndet. Et pº ad pmā: dando eandē rñſionez quā ipſi dant. Q. illud qd aduenit enti in actu pfecto: eſt accñs. ¶ Sz ad iſtantias que adducunt de forma corporeitatis ſm Auic. dz ꝙ rō cōmē. in pº phi. pcedit ꝯ ipſum. Tenebat. n. ipſe ꝙ forma corporeitatis eſſet coeterna māe: ⁊ de eēntia ipſius: ita ꝙ ex mā pa: ⁊ ex forma tali fiebat vnū ens in actu ⁊ vnū ſuppoſitū in actu cōpleto ⁊ pfecto: qd ſuppoſitū erat ita pfectū in eē formali cōpetēte tali nāe. ſ. māe: ſicut forma vltima hois ꝯſtituit hoīez q̄ ſicut vltima te ꝯſtituit hoīez q̄ntū ad oē eē formale qd debet hoī in q̄ntū hō: ē ita iſta forma ꝯſtituebat mām ⁊ eēntiā māe in vltimo eē formali qd poſſit ſibi cōpetere in q̄ntū talis nā aut ſuppoſitū ſubſiſtēs in tali nā. ğ ſequit. ꝙ qcqd aduenīſſet māe cū aduenīſſet ei ſic in actu vltimo cōpleto: ⁊ eſſet ei q̄ntū ad ſuū eē pfectū aduentitia ⁊ extnea: fuiſſet ſibi accidens ppea: q: accñs eſt illud ad qd ſba nullo mō in rōne ſuſceptiui: ⁊ q̄ntū ad ſuū eē qd ſibi cōpetit in q̄ntū ſba: p ſe ⁊ eſſentialr ordinat. Sic dicēdū eſt de mā: ꝙ ex quo habuiſſet actū vltimatū in eē ſuo formali i rōne ſuſceptiui nō fuiſſet per ſe ⁊ eſſentialr ordinata ad aliā formā ſbalē: ⁊ ita ois forma ſibi adueniens fuiſſet accñs. ¶ Per idez rndet ad 2m de pº de gñatione. Q. ſi elementū fuiſſet pmum māle in trāſmutatione ſbali: ꝙ gñatio fuiſſet alteratio. Quia elementū eſt ens in actu cōpleto: nullo mō in q̄ntū tale ordinabile per ſe ad aliquā formam ſiue ſbalem ſiue accidētalē. Loquēdo de illis formis que ſunt pprie paſſiones inſequētes pprias formas ſbales. Et tūc ſequit ꝙ gñatio ſbalis eſſet alteratio: ppterea q: tale ſuſceptiuū qd eſt elemētū nō eſſet per ſe ordinatū ad illā formaz que eſſet terminus alterationis: q: ex ſuſceptiuo ⁊ ex ſuſceptibili nō ſit vnū per ſe: niſi vnū ſit per ſe ordinatū ad aliud: ⁊ cum in alteratione ſbm nō per ſe ordinet ad formā ſm quā eſt alteratio. ideo talis forma eſt oino tali ſbto accidētalis: ⁊ ita ex rōne impfectionis nō ꝯcludit rō Ari. ſed ex ordine ſbti ad formā. ¶ Ad 3m argm. Rndet pmittendo ꝙ potentia ⁊ actus poſſent accipi dupliciter. vno modo potentia ⁊ actus ſunt differētie entis diuiſiue: ⁊ ſic potētia capitur pro potētia obiectiua ſm quaz aliqd pōt eē obiectū alicuius potentie pductiue. De qua potentia loquit Ari. in. 9. metaphi. ⁊ actus ſibi corrñdens eſt actus exiſtētie: ⁊ iſta ſūt diuiſiua entis: q: oē ens: aut eſt in actu exiſtētie: aut in potētia obiectiua: ſic ꝙ eſt poſſe eē. Alio mō capiunt actus ⁊ potētia pro potētia ſubiectiua vel actiua: ⁊ actus ſibi corrñdēs eſt actus formalis. De qua potētia loquit Ariſt. in. 5. metaphi. ca. de potētia: ⁊ etiaz in. 9. Loquendo de potētia ⁊ actu primo modo. Quādo arguis in fine rōnis. Cōcedo maiorez aſſumptā: ꝙ ſicut ſe habet materia ad potentiā: ſic ſe habet forma ad actū. Et cū tu dicis: mā nō eſt in actu. Nego iſtā. Loquēdo de actu oppoſito

poſito

poſito potentie obiectiue. Si vͦ loquamur de potentia ⁊ actu ſecundo mõ. Nego maiorẽ: qꝛ mã eſt ens in pura potentia: ſed forma nõ eſt ens in pura actualitate: qꝛ ſolũ actus purus ſimplr oĩno cõpetit ipſi deo. Unde ſic deus eſt pͥmͫ ſimplr in actualitate: ita mã pͥ pͥmͫ in potentialitate loquẽdo de potẽtialitate ſubiectiua. Actꝰ aũt formalis q̄cunqꝫ ſit vel acciñtalis: vel ſbalis ex impfectione ſui hẽt ꝙ vltra hoc ꝙ eſt actus poſſit eẽ potẽtia ſubiectiua vel receptiua alicuius actus. Ex hoc rñdeꝛ ad illud in pͥnͦ rationis diuiſiue. Cũ eni tu dicis: aut forma ꝑoꝛ adueniẽs ẽ potentialis: qꝛ impfecta ⁊c. Dico ꝙ vtroqꝫ mõ eſt potentialis ſic intelligẽdo ꝙ totũ cõpoſitũ ex mã ⁊ forma priore eſt potẽtiale per ſe ⁊ pfectibile per formã vltimã: ⁊ qꝛ totũ ſic eſt potẽtiale: iõ ⁊ ꝯñ forma dr̃ potẽtialis: qꝛ qḋ cõpetit toti per ſe: cõpetit parti per accñs: vel ſaltẽ p ſe nõ primo. ¶ Aduertẽdũ tñ: ꝙ lꝫ totũ cõpoſitũ vt dictũ eſt recipiat formã vltimã per ſe ꝑ. rõ tñ recipiendi nõ ẽ ipa forma prior: ſed mã pͥma: que eſt receptaculũ ⁊ fundamẽtũ pͥmũ oĩum formaꝝ. ¶ Q ſi tu dicas: dictuꝫ eſt ꝙ forma ſbalis eſt aliquo modo potentialis ad aliã formaꝫ. Forma potẽtialis eſt forma impfecta. forma impfecta eſt illa cui deficit aliqḋ: ſicut habeꝛ. 5. meta. cap. de pfecto. Tũc q̄ritur. Aut ſibi deficit aliqḋ ſbale: aut accidẽtale. Nõ accidẽtale: qꝛ tunc forma vltima eſſet accidẽs. Non ẽt ſbale: qꝛ tunc forma vltima eẽt de eſſentia ipſius forme ꝑoris: qḋ nõ ꝯcediꝛ. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc rñdeꝛ ꝙ forma prior eſt impfecta ⁊ deficit ſibi aliqḋ accidẽtale. Pro quo aduertẽdum: ꝙ accñs accipiꝛ pro eo ꝙ acciñtaliter pficit aliḋ ⁊ hꝫ qḋ informat. Uel pro eo qḋ eſt ẽtneũ a q̄ditate: ſic ꝙ non eſt de eẽntia ipſius: eo mõ quo dr̃a extraneaꝛ generi: ⁊ inferius in recta linea pdicamẽtali ſuo ſupiori. Et ſicut duplex eſt accñs: ita duplr põt dici aliqḋ accidentale. Uñ ſi acciñtale accipiaꝛ pro extraneo: dico ꝙ forme priori aduenit aliqḋ accidẽtale. Si aũt accidẽtale alio mõ accipiaꝛ p eo. vꝫ. ꝙ dat eẽ ſm qḋ: ⁊ nõ per ſe informat: dico ꝙ forme priori nõ ſic aduenit aliqḋ accñs: ⁊ per ꝯñs nõ eſt ſic impfecta. ¶ Ad 4ͫ rñdeꝛ: ꝙ eſſe ſimpliciter põt intelligi vel p eſſe vlr ſumpto: vel pro eſſe cõpleto ⁊ pfecto. Pͥmo mõ negaꝛ ꝙ forma ſbalis det eſſe ſimplr: qꝛ nõ eſt verũ ꝙ talis forma det quodcũqꝫ eſſe. ergo nõ dat eẽ vlr. Scḋo mõ cõcediꝛ ꝙ aliqua forma ſbalis dat ſic eẽ ſimplr. alia vͦ nõ. Illa forma que eſt vltima dat eſſe ſimplr hoc eſt pfectum ⁊ cõpletũ: alie vͦ nõ dant ſic eſſe: ſed oẽs ordinanꝛ eſſentialr ad tale eſſe. Si tñ eſſe ſimplr accipiaꝛ vt diſtinguiꝛ cõtra eẽ ſm qḋ: ⁊ eſſe ſimplr ſit eſſe ſbale qḋ diſtinguiꝛ cõtra eſſe accidẽtale: ſic quelibet forma ſbalis dat eſſe ſimpliciter. ¶ Ad 5ͫ rñdetur dando eandẽ rñſionẽ que data eſt ſuperius. ꝙ gñatio vnius eſt corruptio alterius: ⁊ econtra. loquẽdo de corruptione totali ⁊ gñatõe. ¶ Animaduertendũ tñ ꝙ nõ habet intelligi: ꝙ gñatio vniꝰ ſit corruptio alteriꝰ in pdicatione eẽntiali. Sed ſolũ mõ hꝫ intelligi cauſaliter ⁊ cõcomitanter: qꝛ ad gñationẽ totalẽ vnius: ſeqtur corruptio alteriꝰ: ⁊ ecõtra: ⁊ cũ tu dicis: ꝙ hoc hꝫ itelligi in quacũqꝫ gñatione ⁊ corruptiõe: qꝛ nihil dicaꝛ ſimpliciter tale: niſi ſit tale ſm oẽs eius ptes: aut ſaltẽ priores. Rñdeꝛ cõcedẽdo: ꝙ nihil dr̃ ſimplr tale niſi ſit tale ⁊c. intelligẽdo denominationẽ fieri ſimplr: quia nihil denominaꝛ ſimpliciter ab aliq̃ forma: niſi habeat eſſe cõpletũ ⁊ pfectũ ſub illa forma. Et ita nihil dr̃ eſſe genitum cõplete ⁊ pfecte: niſi ſit aliqḋ corruptũ ⁊ ecõuerſo. ¶ Poſſumꝰ ẽt dicere: ꝙ corruptio vniꝰ eſt gñatio alterius: vl in fieri: vel in facto eẽ. Et ita nihil corrũpiꝛ quacunqꝫ corruptione ſiue partiali: ſiue totali: niſi aliqḋ generet vel i fieri: vel in facto eſſe: ⁊ per hoc ſoluiꝛ ois qõ. ¶ Ad 6ͫ rñdeꝛ ꝙ vegetatiuũ ⁊ ſenſitiuũ cõtinenꝛ in intellectiuo vtualr: ſicut dictũ eſt in corpore q̃onis. Sed corporeũ vel forma corporeitatis nõ põt cõtineri virtualiter in intellectiuo: ⁊ ẽt ſenſitiuo: in q̃tũ ſenſitiuuꝫ eſt. ¶ Et cum tu dicis: ꝙ forma corporeitatis ꝯtineꝛ in ſenſitiuo aut intellectiuo: ſicut trigonũ in tetragono. ꝯcedo ꝙ ſic contineꝛ virtualr in illo ſicut impfectũ ꝯtineꝛ in pfecto. eo mõ quo dicimꝰ ꝙ vnũquodqꝫ impfectũ cõtineꝛ vtualr in ſuo pfectiori. nõ tñ pp hoc ſequiꝛ: ꝙ impfectũ ꝯtineaꝛ in pfectiori ſbaliter. ¶ Et ad Ar. in p celi ꝙ ternarius eſt pfectior quaternario. Rñdeꝛ ꝙ vnũ nũm eẽ pfectiorẽ alio contingit dici duplr. vel qꝛ cõior: vel qꝛ actualior ⁊ pfectior. Si loquamur pͥmo mõ ꝯcedo: ꝙ ternarius eſt pfectior q̄ternario qꝛ ternariꝰ in oĩbꝰ entibꝰ repiꝛ: vbi nõ repiꝛ q̄ternarius. In oi eni ente citra deũ eſt ternariꝰ. vnitas: ſpẽs: ⁊ ordo: vt docẽt theologi: ⁊ ẽt phi. In oi ente ẽt ſiue limitato: ſiue illimitato eſt ipſe ternarius vnitas: veritas: ⁊ bõitas. In oi ente ẽt repiꝛ qḋ: quale ⁊ q̃tũ. Loquẽdo de q̃titate pfectionali: vt docet Ar. 10. meta. volens: ꝙ oẽ ens oi enti cõparatũ: eſt ſile: vel diſſimile: eq̃le vel ineq̃le: idẽ vel diuerſum: idẽtitas: vel diuerſitas: fundaꝛ ſuper ens in q̃tũ qḋ. Silitudo vel diſſilitudo ſup ens: in q̃tuꝫ q̃le. eq̃litas vel ineq̃litas ſuper ens in q̃tũ: q̃tũ. Ex quo ſeqtur ꝙ iſte ternarius eſt numerus pfectior qui ẽ cõmunior ⁊ vniuerſalior. Et hoc eſt qḋ dicit Ar. in p celi oſtẽdẽs ꝙ iſte nũs repiꝛ in oibus corporibꝰ: qꝛ corpus eſt qḋ ẽ diuiſibile ſcḋm tres diuiſiones: ⁊ ita ſm nũm ternariuꝫ. ⁊ pbat p oſtmodũ ex tribꝰ ſignis talẽ nũm eẽ cõiorẽ. ⁊ pͥmͫ eſt hoc qḋ allegaꝛ. ſ. ꝙ iſte nũs datus eſt nobis a nã ad ſcͥficationẽ deoꝝ: in quo laudamus deos: qꝛ multiplex ternarius repiꝛ in deo: ⁊ in intelligẽtijs. Repitur eniꝫ in ipſis memoria intellectiua: itelligẽtia: ⁊ volũtas. Silr ſbſtãtia: virtus: ⁊ opatio. Quaternarius vͦ nõ ſic hꝫ locuꝫ in intelligẽtijs. Sed ſi loquamur de nũo perfectiori ſm actualitatẽ ⁊ eſſentiã: negaꝛ ꝙ ternariꝰ ſit pfectior quaternario: qꝛ ternarius ⁊ q̄libet nũs minor (potentialr acceptus: ⁊ q̃tũ ad eiꝰ vnitates mãles) ꝯtineꝛ in maiori. Q aũt ꝯtinet aliud eſt perfectiꝰ illo. q̄re ⁊c. ¶ Ad 7ͫ rñdeꝛ pmittẽdo: ꝙ pdicata q̄dã accipiunꝛ a forma ꝑori: quedã a forma poſteriori. Exẽplũ. hõ ſumiꝛ ab aĩa intellectiua: album ab albedine. pdicata que ſic ſumunꝛ a talibꝰ formis quedã ſumunꝛ a formis nõ hñtibꝰ ordinẽ eẽntialẽ inter ſe: ſed acciñtalẽ ſicut albũ ⁊ hõ. quedã vͦ ſumũꝛ a formis habẽtibus ordinẽ talẽ: ſicut aĩal ſumiꝛ a forma ꝑore: que eſt aĩa ſenſitiua. Ratiõale ſumiꝛ a forma poſteriore. ſ. aĩa itellectiua. Predicata que ſumunꝛ a formis habentibus ordinẽ accidentalẽ: vnũ nõ predicaꝛ de alio per ſe: ſed hñ pdicata que ſumunꝛ a formis hñtibꝰ ordinẽ eſſentialem. ¶ Aduertendũ tñ ꝙ ſi illa pdicata eẽntialia pcíſe ſumãꝛ ab ipſis formis: vnũ nõ predicaꝛ de alio per ſe: neqꝫ illud qḋ ſumiꝛ a forma ꝑore: neqꝫ illud qḋ ſumiꝛ a forma poſteriore. Uñ iſta nõ eſt vͣ p ſe in pͥ mõ neqꝫ in 2ͦ mõ. Rõnale eſt aĩal. Neqꝫ iſta: aĩal eſt rõnale. Sed vbi predicata nõ pcíſe ſumunꝛ ab ipſis formis: ſed ab aliquo includẽte formã ꝑorẽ ⁊ formã poſteriorẽ: qḋ tñ pͥncipaliꝰ icludit formã poſteriorẽ q̄ꝫ ꝑorẽ: pdicatũ ſumptũ a foꝛa ꝑori põt p ſe pdicari de eo qḋ ſumitur a forma poſteriori: lꝫ nõ pcíſe ſumaꝛ ab ea. Sicut iſta ẽ p ſe: hõ ẽ aĩal. Nam hõ lꝫ ſumaꝛ pͥncipaliter ab aĩa itellectiua: tñ nõ pcíſe ſumiꝛ ab aĩa itellectiua: qꝛ vltra aĩaꝫ itellectiuã hõ icludit aĩaꝫ ſenſitiuã. Per hoc rñdeꝛ ad formã argumẽti cõcedendo maiorẽ cũ iſtis ꝯditiõibꝰ q̄s dixímꝰ. ¶ Et cũ tu dicis ꝙ nõ valet ẽt in hñtibꝰ ordinẽ eẽntialẽ: qꝛ grãmatica ⁊ logica habẽt ordinẽ eẽntialẽ: ⁊ tñ grãmaticꝰ nõ pdicaꝛ de logico. Rñdeo ꝙ lꝫ dareꝛ ordo eẽntialis iter obiecta de quibus ꝯſiderãt iſte artes: nõ tñ ſequiꝛ: ꝙ ſicut ẽ ordo eẽntialis ⁊ neceſſarius in obiectis: ꝙ ſic ſit ordo eẽntialis iter artes ⁊ ſcias in ordine ad intellectũ adiſcẽtẽ ipſas. Uerũ eſt tñ: ꝙ vbi ſcie habẽtur pfecte: ꝙ eẽt ordo eẽntialis inter ipſas: ⁊ tũc iſta erit neceſſaria logicꝰ eſt grãmaticꝰ: qꝛ ad pfectionẽ logice reqriꝛ perfecta ſcĩa grammatice. ¶ Aduertendũ vlterius ꝙ predicatum ſumptum a forma ꝑo-

Ad argumenta alterius opinionis oppoſite. Reſpondef ⁊ primo ad auctoritatē Ariſt. 2° phiſico. de diffinitione nature. Ubi dicif nā eſt ꝓnᵐ nāle qḋ eſt in alio non ꝓnᵐ in quo paſſiuum ⁊c̄. ¶ Reſpōdetur ꝙ nā in iſta diffinitione accipif pro ꝓn° paſſiuo: ⁊ quū dicif ꝙ nā ſm Ariſto. nō eſt ꝓnᵐ in quo: ſed quod eſt in alio ⁊c̄. Reſpōdetur ꝙ: ſicut principiuꝫ actiuū nō eſt quod: ſed quo agens agit: ita paſſiuꝫ nō eſt principiū in quo: ſed quo aliqd eſt in aliquo: ⁊ ita natura eſt principiū eius quod eſt in alio. ſ. motus: ⁊ ſic accipit Ariſt. principiuꝫ naturale in diffinitione nature: ⁊ tale principiū paſſiuū eſt in rebus nālibus: naturaliter ordinatum ad motū. Et ex hoc nō ſequitur ꝙ tale principium ſit aliquid forme generande. ¶ Ad ꝯfirmationē quꝫ dicitur ꝙ natura principalius dicitur de forma ꝙ̄ de materia ꝯceditur. Et quū dicif ꝙ forma eſt principiū actiuū. Reſpondetur ꝙ nō ſemper eſt principiū actiuuꝫ: ſed etiā paſſiuuꝫ. nam per quācūqꝫ formā res eſt in actu per eandē recipit paſſionē cōſequentē formā ⁊ alios motus nāles per quos perficitur illud: cuius eſt forma. ſicut graue per ſuam formā determinaf ad locum deorſum ⁊ perficif per ipm: ⁊ vt ſic graue inclinaf ad motū deorſum ſibi nālem a forma ſua. ¶ Ad 2ᵐ ꝯfirmationē de differētia inter nālia ⁊ artificialia. Reſpondef. nālia differūt ab artificialib⁹ penes principiū paſſiuū: nālia enim habent principiū paſſiuū nāliter inclinatū ad formā nālem. artificialia nō: ſed mā eoꝝ vel eſt in potentia neutra reſpectu forme artificialis: ſic ꝙ neqꝫ in ipſaꝫ nāliter inclinaf: neqꝫ ꝯtra naturaliter inclinat. ſ. nāliter appetendo oppoſituꝫ ipſius: vel forma artificialis recipif in materia ꝯtra naturalem eius inclinationeꝫ: ſicut omnes forme inducte per diuiſionē ꝯtinui ⁊ ordineꝫ partiū in toto cōpoſito artificiali: ſicut in edificijs ⁊ erectionib⁹ vbi lapides ponūtur ſurſum ꝯtra eoꝝ nāleꝫ inclinationē. Et quū addif: ꝙ artificialia hn̄t in ſe ꝓnᵐ paſſiuū: hoc eſt veruꝫ: ſed tale ꝓnᵐ nō habet aptitudinē nāleꝫ ad formā: potētia enī paſſiua eſt ſine aptitudine nāli: ſicut aptitudo nālis ſine potētia paſſiua nāli. Exemplū primi: graue eſt in po ͣ paſſiua ad eſſe ſurſum: ⁊ tn̄ nō hꝫ aptitudinē nālem ad eſſe ſurſuꝫ: qꝛ nō inclinaf nāliter ad eſſe ſurſum quū nō ꝑficiaf per vbi ſurſum: ſꝫ per vbi deorſuꝫ. Exemplū ſcdi. Cecus hꝫ aptitudinē nālem ad actū videndi: ⁊ tn̄ nō hꝫ potentiā paſſiuam nālem ad hꝫ actū: nec incōueniēt aliqd eſſe nāliter inclinatū ad aliquē actum: qui tn̄ nō eſt poſſibilis recipi in apto nato ſbto. vn̄ aptitudo pōt eſſe ex parte ſubti: ꝙ̄uis nō ſit ex parte actus: ⁊ ſi eſſet ex parte vtriuſqꝫ eſſet ibi potentia nālis: qḋ eſt falſum: qꝛ a potētia ad habitū ipoſſibilis eſt regreſſus. aptitudo nālis indicaf vbi aliqd ſm ſe inclinaf ad formaꝫ vel vbi forᵃ nō repugnat ei ex nā ſua. ¶ Ad aliā auctoritatē. ſi domus eſſet eoꝝ que nā ſunt ⁊c̄. Reſpondef ꝙ intentio Ariſto. ibi eſt ꝙ ſicut ars agit per determinata media ordinata ad finē vſqꝫ ad vltimū ꝓncipaliter itentū: ita nā. ſimilis. n. eſt ꝓceſſus vtriuſqꝫ quo ad hoc ⁊ nō aliter: ⁊ ita ſi dom⁹ fieret a nā eundē ordineꝫ ſeruaret quē retinet vbi ſit ab arte. ¶ Ad aliaꝫ auctoritateꝫ. ſ. ſi ars nauiſactiua eſſet in lignis. Reſpondef: ibi nō plus vult Ariſto. niſi ꝙ nō eſt veruꝫ naturā nō agere propter fineꝫ: quia non deliberat quaſi deliberatio ſit cauſa preciſa quare agens agit ꝓpter finē: vt dicebant antiqui: ⁊ ex ꝯñti nō deliberare ſit cauſa ꝓpter quā agens nō agit ꝓpter finē. vt ſicut affirmatio eſt cā affirmationis: ita negatio negationis: ſed vbi ars nauifactiua eſſet in lignis que ars nō deliberaret: ſꝫ mere nāliter ageret adhuc ageret ꝓpter finē: ſic etiā facit nā: ꝙ aūt nā etiaꝫ ꝙ nō deliberet: agat ꝓpter finē apparet: qꝛ fruſtraf: ⁊ qñqꝫ errat i ſua operatione. ¶ Ad aliā auctēm. vꝫ. a nā ſunt q̄cūqꝫ a quodaꝫ ꝓn° ⁊c̄. Ad hoc r̄ndef vno mō ꝙ nālia hn̄t in ſe ꝓnᵐ effectiuū aliquoꝝ motuū: nō tn̄ oīum: vt dictū eſt in determinatione qōnis. qꝛ non reſpectu gn̄ationis ſbalis: ⁊ cuiuſcūqꝫ actiōis vniuoce. artificialia nō. ⁊ per hoc differunt artificialia a nālibus. forma enī nālis cōiter eſt ꝓnᵐ actiuū: ꝙ̄uis nō ſit de neceſſitate nālitatis motus ſic eſſe actiuū. forma artificialis nec actiuū nec paſſiuū ꝓnᵐ eſt: ſed forma nālis ſemꝑ eſt alterū iſtoꝝ. ¶ Ad auctoritateꝫ. 6. meta. de diſtinctione ſciētie practice a ſpeculatiua. Reſpondef ſm Cōmenta. ibideꝫ ꝙ practica diſtinguif a ſpeculatiua per hoc qḋ eſt circa obiecta: quoꝝ principiuꝫ eſt in nobis: que ſunt ars ⁊ intellectus: ⁊ ita eoꝝ principium eſt in agente cognoſcēte: ſed ſpeculatiua verſatur circa obta: quoꝝ ꝓnᵐ nō eſt in nobis. Et hec diſtinctio ſm ipſum eſt penes ꝓnᵐ actiuuꝫ obiectoꝝ vtriuſqꝫ ſcientie. ¶ Sed ꝯtra: qꝛ Ar. dicit ꝙ phiſica que ē ſpeculatiua eſt circa ſbaꝫ in qua eſt ꝓnᵐ mot⁹ ⁊ ſtat⁹: inueniꝫ ꝙ ſpecula

tiua eſt circa

tiua eſt circa obiecta: quoꝝ pn^m eſt in ipſis. ⁊ tñ ſi diſtin-
guat practicā a ſpeculatiua penes pn^a obiectoꝝ opꝫ acci-
pere pn^a vniformiter. aliogn argumētū ꝑ qd̓ ꝓbaſ diſtin
ctio ſciētie practice a phiſica nihil ꝯcluderet: ſed certuꝫ eſt
ꝙ pn^m artificialiū acceptū in ponendo differentiā eoꝝ a
naturalibus eſt pn^m actiuū: q2 voluntas: ars: ⁊ intellectus
vt dicit Cōmen. ergo pncipiuꝫ in nālib^9 ſic ēt accipiſ pro
principio actiuo. ⁊ ſic in nālib^9 eſt pn^m actiuū ſui motus:
aut mutatiōis nālis. ⁊ ita ſtabit ꝓpoſitū. ¶ Ad hoc rñde
tur ꝙ omne nāle hꝫ principiū actiuuꝫ alicui^9 mot^9 nālis:
nō tñ ſue gñationis paſſiue nālis: q2 nihil gñat ſe: vt di-
ctū eſt. artificiale nulli^9. Et ex hoc non ſequiſ ꝙ in mā ſit
aliqd inchoatiuū forme: que dꝫ gñari: q2 in ipſa eſt tantū
principiū actiuū actionis equoce. ¶ Sed ꝯ: q2 ex iſta rñ-
ſione ſequiſ ꝙ phiſica ſciētia nō diſtiguiſ a practica: niſi
penes obiecta nālia ꝯſiderata quo ad illos mot^9: ⁊ non
quo ad oēs mot^9 eis nāles: ⁊ ita dña ſciētie nālis a ſciētia
practica penes obiecta nō erit vniuerſalis. Ideo aliter di
ciſ ꝙ eſt vniuerſalis penes obiecta: q2 aliquod nāle hꝫ in
ſe principiū actiuū omnis mot^9 qui ſibi cōpetit. ¶ Cōtra
q2 ſequiſ idē ꝙ prius: ꝙ phiſica nō diſtinguiſ a practica
niſi quo ad iſta nālia. ⁊ ita Ar. non diſtinguit a practica
niſi phiſicā de aliquo nāli. Ideo aliter diciſ ꝙ omne pn
cipiū artificialiū per ſe ordinatū ad eſſe eoꝝ inq̄ꝫtū artifi-
cialia ſunt eſt in agēte cognoſcēte: ſed nō omne principiū
phiſicū per ſe ordinatū ad eſſe rei nālis inq̄ꝫtū naturalis
eſt in agēte: ſed aliquod eſt in paſſo: q2 actio nālis depen
det vt nālis pncipaliter a pncipio paſſiuo exiſtente in re
mota. ⁊ hoc facit ſufficiētē differētiā inter arteꝫ ⁊ nām: q2
penes nihil qd̓ eſt in paſſo accipiſ ars: ſed tñ penes intelle
ctū ⁊ voluntatē: que ꝯſtituūt arteꝫ: que ſūt in faciēte: que
ars quaſi ſemꝑ facit ꝯ inclinationē paſſi: vt dictuꝫ eſt ſu-
pra. Sed ſi eē nāle hꝫ principiū actiuū aliquod ſui mo-
tus nālis: ecū hoc neceſſario ſimul requiriſ principiū paſ
ſiuū: qd̓ inclinaſ in actionē nālis agentis. ¶ Ad aliud de
caſu ⁊ fortuna ꝙ reducunſ ad nām ⁊ intellectū ⁊c̄. Rñ-
deſ ꝙ nā accipiſ vno mō vt eſt principiū actiuū determi
natū ad vnū oppoſitoꝝ: ⁊ ad vnū determinatū modum
producendi: queꝗ nā iſto mō ſumpta diſtinguiſ contra ꝓ
poſitū: qd̓ eſt indifferēs ad oppoſita. Alio mō accipiſ pro
principio nāli a quo ſumitur naturalitas mot^9. ⁊ natu-
ra iſto mō: ſeu nāle diſtinguiſ cōtra violentuꝫ. ⁊ ſic alicu-
bi pōt eſſe nā ſumpta primo mō: vbi nō eſt nā ſcd̓o mō.
Exēplū. ſi ignis agat in aquā calefaciēdo ipſam ꝯtra na
turā ſuā: ignis in iſta actione eſt nā primo mō: ⁊ nō ſcd̓o
mō: q2 actio ignis nō eſt ſm̄ inclinationē paſſi: imo con-
tra ei^9 īclinationē. ⁊ ſic violēta. Caſus ⁊ fortuna vt ſūt cāe
agētes reducunſ ad nām primo mō ⁊ ꝓpoſituꝫ: ita ꝙ ad
nām ſic acceptā reduciſ caſus: qui reperiſ ſolū in natura
lib^9. Et fortuna que eſt in voluntarijs ſeu liberis reduciſ
ad ꝓpoſitū: ſed hoc nō repugnat poſitiōi noſtre: mō non
ſequiſ. Natura eſt principiū actiuū naturale. ergo qcqd
eſt nā eſt principiū actiuū: ⁊ omne principiū nāle eſt acti
uū. ſic videſ procedere ratio iſtoꝝ. ¶ Ad aliud de 3° ethi-
coꝝ ⁊c̄. dico ꝙ hoc qd̓ diciſ non conferenti vim paſſo: ly
ꝯferente vim. determinat ly paſſo. ⁊ nō principiū extra. ⁊
ſi cōſtruatur cum paſſo hoc qd̓ eſt cōferre vim poteſt intel-
ligi duobus modis. vno modo ꝙ paſſum conferat vim
actiue: ⁊ coagat agenti extrinſeco. ⁊ hoc eſt falſuꝫ: vt dictū
eſt. alio modo inclinatiue: vt ſit ſenſus. paſſum non pre-
bet inclinationē ⁊ tēdētiam in formā: que inducitur ab
agente extrinſeco. Et iſte ſenſus eſt verus: ſi ly nō cōferē-
te vim. nō tñ accipiatur negatiue: ſed etiam priuatiue: ⁊
cōtrarie: quia paſſum nō ſolum nō habet inclinationeꝫ
ad formam: accipiēdo nō habere pure negatiue: ſed con-
tra formam inductam naturaliter inclinatur. per oppoſi
tum. ſi ignis generet ignem de aqua: quāuis nō ſit i ma-
teria agens intrinſecū qd̓ coagat agenti extrinſeco. ſ. ipſi

igni: q2 tamē materia ignis affecta qualitatibus diſponē
tibus per alterationē inclinatur nāliter in formaꝫ ignis.
ideo iſta actio non eſt violenta: ſed phiſica ⁊ nālis. ¶ Ad
auctoritatē in. 7. metaphiſi. tex. cōmē. 29. reſpōdeſ ꝙ Ar.
nō intelligit per partem forme: partem formaleꝫ: ſed tñ
virtualē pro quāto in materia ꝑcedit aliqua forma: que
cōtinet virtualiter effectiue: vel ſaltē diſpoſitiue ipſaꝫ for
mā generādā: ⁊ diciſ forma iſta precedens eſſe pars: quia
forte ſecū cōcurrit alia cauſa partialis ſecum coagens ad
generationem forme: ſicut quādo calor efficit ſanitateꝫ:
cuꝫ quo cōcurrit diſſolutio humoꝝ: ⁊ multa alia. ¶ Ad
duas rōnes que hic formabātur. vꝫ. ꝙ productio forme
nālis eſſet creatio: ⁊ ꝙ eſſet violēta. Quātū ad primū pꝫ
reſpōſio ex dictis in determinatione principali. q. cōclu
ſione 4ª. Quātū ad ſcd̓m pꝫ ex hoc ꝙ imediate p̄miſſum
eſt: exponēdo ſniam Ariſto. in 3° ethicorum. de violēto.
¶ Ad alias auctēs que addebātur exponēdo modum po-
ſitionis iſtoꝝ: qui ponit inchoationes formaꝝ: ⁊ primo
ad illā que ſumitur ex primo phiſi. vbi dicitur. Oportet
principia ſemper manere ⁊c̄. ¶ Ad hanc auctoritatē dā-
tur multe expoſitiones: vna eſt ꝙ in omni trāſmutatiōe
ſubſtāciali opꝫ eſſe principia. ſ. materiā: formā ⁊ priuatio
nem: ſemꝑ enī priuatio in qualibet trāſmutatione eſt ter
minus a quo: ⁊ forma eſt terminus ad quem. ⁊ mā ſbꝫ.
¶ Alia expoſitio huius auctēis eſt ꝙ principia opꝫ ſemꝑ
manere q̄ꝺiu manet illud cuius ſunt per ſe principia: ⁊
ideo mā ⁊ forma que ſunt principia q̄ꝫtū ad eſſe ſemper
manēt pro quolibet tēpore: in quo verū eſt dicere ꝙ pn-
cipiatū eſt. priuatio vͦo que eſt per ſe principiū tranſmu
tationis ſemꝑ manet pro quolibet tempore: pro quo ve
rū eſt dicere ꝙ trāſmutatio eſt: ⁊ ſic eo modo quo aliqd
eſt pn^m. eo modo manet. ¶ Sed eſt alia expoſitio magis
ad mentē Ar. ⁊ Cōmē. dicendo ꝙ māle principiuꝫ ſemꝑ
manet: cū ſit incorruptibile prima aūt pncipia ꝯ̄ria ſem-
per manēt: nō q2 ſemꝑ exiſtāt: ſed q2 ſemꝑ ſūt termini cu-
iuſcunq3 trāſmutationis. vnus enī termin^9 eſt priuatio,
⁊ alius eſt forma. nō ſic autē de ꝯ̄rijs poſterioib^9. ⁊ hoc ē
qd̓ ſubdit Ar. vbi hꝫ ꝙ alia ꝯ̄ria nō ſunt pnª. nō qdē ab
ſoluta: ⁊ quocūq3 mō. q2 quū inter ꝯ̄ria poſteriora poſſit
eſſe trāſmutatio: ſequiſ ꝙ ipſa poſſunt eſſe pnª. Sed intel
ligēdū eſt ꝙ ꝯ̄ria poſteriora nō poſſunt eſſe pnª prima. ⁊
hoc eſt veꝝ: nā lꝫ albū ⁊ nigruꝫ poſſint eſſe termini alicu
ius trāſmutationis. ⁊ ita pnª: non tñ cuiuſlibet. ¶ Pōt
etiā dici ad auctē in ſcd̓ꝙ ipſa eſt ad oppoſitū iſtius poſi
tionis: que ponit omnes formas inchoari in forma cor-
poreitatis perpetua in mā: q2 ſi ſic. nunq̄3 priuatio oppo
ſita iſti forme corporeitatis inerit mē: que ē pn^m: aut dꝫ
eē in quacūq3 trāſmutatiōe ſi poniſ iſta forma corporei-
tatis eſſe alterū pn^m primū: nec valet dicere ꝙ ꝑuatio cō
comitaſ iſtā formā: q2 iſta deficit a ſuo eſſe puriſſimo ⁊ cō
pletoꝝ: q2 tēdit in nihil: naꝫ forma ⁊ priuatio vt ſūt pnª
ſunt ꝯ̄ria ⁊ oīno oppoſita: ⁊ vnū excludit reliquū: ſꝫ iſta
īpuritas manet cū forma corporeitatis. ḡ ſibi non oppo
niſ. aliogn oppoſita eſſent ſimul. ¶ P̄. priuatio oppoſita
negat qcqd ponit poſitiuū oppoſitū: ſed ꝑuatio ꝯcomi-
tans formā corporeitatis nō negat ⁊ ꝑuat formā corpo-
reitatis. igiſ expoſitio iſta ſtare nō pōt. ¶ Ad aliā auctēꝫ.
de pmo meta. rñdeſ ꝙ mā pma ꝑus recipit formas vlēs
q̄3 particulares: q2 ꝑus recipit formas ipfectas q̄3 pfectas.
Nō aūt forme impfecte in pluribꝰ repiſ q̄3 pfecte: ſicut ra
tio corporis q̄3 viuētis: ⁊ ꝑus viuētis q̄3 aīalis: ⁊ dato ꝙ
ſit vna forma recepta in mā cōpoſiti ſbalis. illa ꝑus perfi
cit māꝫ ſub rōne corporis q̄3 ſub rōne viuentis: ⁊ ſic de-
incepe. nō tñ aliqua rō iſtaꝝ formarū eſt coeua materie.
Auctas eſt etiā cōtra opinātē: q2 ſi mā recipit oēs formas:
vt dicit Cōmen. quū omne recipiens ſit in potentia ad il
lud quod recipit: aut iſta potētia eſt ſimul cū actu aut an
te actū: nō pmo mō. ḡ ſcd̓o mō. ⁊ quum hoc non ſit ordi-

ne nature preciſe:erit ordine temporis:qḋ declaraṫ:quia queciq; ſunt ordinata ſm nãm:⁊ ſunt oppoſita ⁊ icompoſſibilia illud qḋ eſt prius ſm nãm eſt ⁊ prius duratione ⁊ tpe.alioqn duo oppoſita ſimul ẽent:eſſe in po ⁊ in actu ſm aliquã formã ſunt duo oppoſita.ḡ in eadẽ mẽſura tẽporis nõ poteſt mã ſimul eſſe in po ⁊ in actu formeꝛ recipiẽs recipit formã in q̄ꝫtuꝫ eſt in po.igiṫ ⁊c̄. Hec ratio maxime ↄcludit de ordinatis ſm nãm ordine nãe poſitiue:ſicut eſſet forte in propoſito. ¶ Ad auctes ⁊ rõnes alterius modi ponẽdi reſpectu cuiuſcūq; forme ꝓpriã ichoationẽ. Rñdeṫ.⁊ ꝑmo ad ꝑmã.de ſecũdo .phiſi. vbi dˀ ꝙ priuatio eſt ſpẽs ⁊ nã. Rñdeṫ ꝙ priuatio q̄dãmodo dˀ nã vel forma:qꝛ ſemp cõiũgiṫ cũ forma ⁊ cũ priuatiõe vniˀ forme ſemp ↄiũgiṫ alia forma. Uel poteſt dici ꝙ priuatio in ſuo itellectu icludit formã:nã in nõ facere videṫ facere:vt dicit Ar.ꝑmo elẽchoꝝ.vel ẽt qꝛ eſt quodãmodo forma mãe:nã priuatio denoiat mãm ad modũ forme.vñ ſicut mã dˀ formata:ita dˀ ꝑuata. ¶ Uel melius ad itẽtionẽ Cõmẽ.nã dicit de priuatiõe exñte in mã prima:itelligẽdo priuationẽ formã ſbalẽ imperfectiorẽ. ⁊ ſic forma terre põt dici priuatio reſpectu forme ignis. talis eni nõ eſt priuatio ſimplr:vt dicit Cõmẽ.imo eſt vt forma mãe.vñ ſm ipm.nã dicit de forma duobˀ modis. vno mõ dˀ de formis qbus nõ cõiũgiṫ priuatio:ſicut de albedine.albedo eni eſt forma cũ qua nõ ↄiũgiṫ priuatio oĩno. Alio mõ dˀ nã de formis diminutis:cũ quibus cõiungiṫ priuatio:cuiuſmodi eſt nigredo. nigredo eniꝫ eſt forma cũ qua cõiũgiṫ priuatio albedinis. Et ſi arguatur ꝙ ſicut nigredini cõiũgiṫ priuatio albedis:ſic albedini ꝑuatio nigredis. Rñdeṫ ꝙ nõ eſt ſile:qꝛ nigredini ſic cõiũgiṫ priuatio albedis:ꝙ i ipſa:nec eſt albedo formalr:nec virtualr:ſed ſic nõ cõiũgitur albedini priuatio nigredis: nam in albedie virtualiter eſt nigredo eo mõ quo minˀ perfectũ eſt virtualr i magis perfecto. ¶ Uel vltimo modoˀ poteſt dici ad itẽtionẽ Cõmẽ.ꝙ priuatio magis cõiũgiṫ cũ forma impfectiori:qꝛ cũ impfectiori cõiũgitur priuatio maioris perfectiõis:q̄ꝫ cũ ↄ̃rio talis forme:ſed nõ eſt ſic de forma pfectiori. ¶ Ex his nõ ſequiṫ formaꝫ generãdam precedere in mã ſm eſſe impfectũ etiã ꝙ eius priuatio ꝑcedat in mã:vt pꝫ ex dictis. ¶ Ad aliam auctem Cõmẽ.primo phiſi.cõmẽ.79.rñdetur: ꝙ ſicut ſi in materia eſſet aliqua forma cõnaturalis mãe:vt multi ponunt gñatio eſſet ex ente ſimpliciter:qꝛ ex ente in actu:ita ſi mã eſſet pura priuatio vt poſuit plato.gñatio eſſet ex nihilo qꝛ ex pura priuatiõe:ſed nos nõ ponimˀ mãm eſſe purã priuationẽ:ſed eſſe ens poſitiuum realiter diſtinctũ a priuatiõe:vel ſalteꝫ nõ idem realiter. Et quum dicit Cõmẽ. velle priuationẽ nõ importare puꝝ nõ eſſe. Rñdetur. verum eſt q̄ꝫtum ad ſuum mãle ſignificatũ ⁊ ↄnotatuꝫ:ſed quãtũ ad formale ſignificatũ iportat ſolum negationeꝫ. ¶ Ad aliud cõmẽti.81.in ꝑmo phi. Ex hoc cõmento habeṫ ꝙ vnũquodq; impfectũ appetit ſimilari pfecto q̄ꝫtũ põt:⁊ quũ perfectiſſimũ ens in nã ſit primũ ꝑncipiũ qḋ eſt deus.⁊ deus ſit ens actualiſſimum:vnũquodq; ſuo mõ appetit eſſe in actu. Ex quo ſequiṫ ꝙ quum mã ſub priuatiõe forme ſit ens i pura potẽtia primo diuerſa ab actu formali:quẽ nõ habet ex ſe:ſed põt recipe per actionẽ agẽtis nãlis.ideo mã vt ſtat ſub priuatiõe forme nãliter appetit ipſaꝫ.priuatio tamẽ que accidit mãe nõ ẽ materia:neq; eſt eius appetitˀ.quẽ pono eſſe eũdẽ eſſentialr cũ mã:⁊ ita priuatio nihil poſitiuũ dicit formalr:ſed bene ↄnotatiue. ¶ Et ad illud qḋ iferṫ:ꝙ mã habet de motu:⁊ motus eſt forma impfecta ⁊c̄. Rñdeṫ:ꝙ in mã ante gñationẽ forme forma nõ eſt in mã:neq; ſub gradu impfecto:neq; pfecto:ſed poſtmodũ dum ſit ⁊ gñaṫ ſi ſit diuiſibilis ſm gradus:vt tenet Cõmẽ.de formis elemẽtaribˀ prius itroduciṫ ſm gradũ impfectũ q̄ꝫ perfectuꝫ. ¶ Sꝫ ↄ̃ qꝛ Cõmẽ.loquiṫ de forma vľiter accepta:⁊ nõ ſolũ de forma elemẽtari. ¶ Dicẽduꝫ igiṫ ꝙ quãdo forma eſt i fieri ꝑ trãſmutationeꝫ mãe que alterat ad diſpoſitiões ↄuenientes illi forme.hˀ forma põt dici eſſe aliquo mõ i mã ſub eẽ impfecto:qꝛ hꝫ ibi eſſe diſpoſitiue ⁊ i fieri:nõ tamẽ ſm eſſe:aut eſſentiã eius:ita ꝙ nulla realitas forme eſt in mã in tota alteratiõe ꝑcedẽte gñationẽ forme i qua poſtmodũ forma itroduciṫ tã ſꝫ eẽ q̄ꝫ ſꝫ eſſentiã:⁊ ita tota gñatur ſeu iduciṫ ab agẽte nãli. ¶ Sed adhuc iſtaṫ:qꝛ motˀ mãliter ſumptˀ qui eſt forma fluẽs:eſt etiaꝫ i ꝑdicamẽto ſbe. Rñdeo ꝙ vel vna tm̃ forma ſbalis ſimplex iducitur ab agẽte nãli:vľ plures.ſi vna tm̃:q̄ꝫuis iſta ſit ſimplex ſꝫ rẽ:tñ virtualr eſt plures:ſicut exẽpli gratia foˀa elemẽti ẽ vna ſimplex foˀa.cõtinet tñ i virtute gradũ entitatiuum ſbe:⁊ gradũ corporeitatis.⁊ prius ordie nãe iformat materiã ſꝫ gradũ ſbe q̄ꝫ corporis:lꝫ i eodẽ iſtãti tẽporis foˀa adueniat ſꝫ vtrũq; gradũ:⁊ tũc forma ſub gradu priori eſt motus mãliter ſumptus reſpectu ſuiipſiˀ ſub gradu poſteriori ⁊ pfecto:⁊ qꝛ prior gradus ordiaṫ ad poſteriorẽ:ꝓ tãto ſub iſto gradu forma appellaṫ fluẽs:nõ quideꝫ ꝙ mã nõ maneat ſub illo gradu forme:ſed ſolũ ſub illo gradu ꝑciſe mã nõ quieſcit:ſed tẽdit ad vlteriorẽ pfectionẽ:⁊ tũc forma fluẽs nõ diciṫ per deſitionẽ ſui:ſed ꝑ tẽdẽtiã ad vlteriorẽ perfectionẽ.⁊ hoc quo ad gñationeꝫ forme que nõ gñatur per formas itermedias.ſicut in aialibus que gñantur ex ſemine:ꝙ ſi ſit ſermo de iſtis: tunc mã eſt ſub multis formis fluẽtibˀ per deſitioneꝫ ſui ante q̄ꝫ deueniat ad formã vltimate intẽtã ab agẽte:⁊ q̄ꝫtum ad iſtas:quelibet gñatur aut corrũpiṫ totalr ſm eẽ.⁊ ſm eſſentiã. ¶ Ad auctoritatẽ Cõmẽ.cõmẽto.63.in eodẽ primo phiſi.rñdeṫ ꝙ Cõmẽ.nõ plus vult ibi:niſi ꝙ ſic i generatione accidẽtiũ que eſt motus cõcurrit ſbm:⁊ aliqḋ oppoſitũ ei qḋ gñatur:qḋ oppoſitũ deſinit eſſe cũ forma vltimate intẽta ſit ⁊ gñatur:ita eſt in gñatione ſbali vbi cõcurrit ſbm deferens trãſmutationẽ:qḋ prius eſt ſb forma oppoſita anteq̄ꝫ ſit ſub forma gñanda.que ꝑmo intẽdiṫ ab agente:⁊ in hoc exẽplificat in gñatione aialium ex ſpermate:qꝛ eni forma ſpermatis nõ eſt intẽta a nã ꝓpter ſe:ſed ꝓpter alterũ in hˀ gñatiõe vt ſit via ad formã aialis:vt dictũ eſt in corpore q̃nis.ꝓpterea ſperma corrũpiṫ ⁊ alie forme que ſunt oppoſite forme aialis.quſq; deuentũ fuerit ad formã vltimã introducẽdam:neq; ex hoc habeṫ ꝙ forma introducẽda ſit partibilis ſm eſſe ⁊ eſſentiã:⁊ vt ſic gñeṫ:ſed ſolũ eſt partibilis rõne accidẽtiũ ꝓprioꝝ:que ſucceſſiue acquirunṫ:⁊ oppoſite deperduntur. Et ſic ſm Cõmẽtatorẽ:forma ſbalis perficiṫ.⁊ diuiſibiliter acquiriṫ rõne accidẽtiũ nõ per ſe. ¶ Sed ↄ̃.quia dicit.ſi forma humana ſit partibilis.ſed iſta additio nõ fuiſſet ponẽda.ſi intelligereṫ eſſe partibilis rõne accidentiũ. ¶ Rñdeo ꝙ Cõmẽ.dixit hoc:qꝛ aliqua forma ſbalis ſꝫ ipſum eſt diuiſibilis:⁊ diuiſibiliter acquiriṫ:qꝛ foˀe imperfecte vt forme elemẽtares:⁊ in iſtis veruꝫ eſt qḋ dicit: qꝛ.ſ.ſm ipm introducunṫ in mã per partẽ poſt ptẽꝫ.⁊ qꝛ diuiſibilitas gñationis formarũ ſubſtãtialiũ põt eẽ:vel ex parte forme:vel ex pte accidentiũ. Exemplificando de forma aialis voluit declarare diuiſibilitatẽ gñatiõis forme ex his que ſunt per ſe:⁊ nõ ex his que ſunt per accidens ſi forma eſt ptibilis eſt per ſe diuiſibiliter acquiſibilis.ſi indiuiſibilis:ſolũ per accidens. ¶ Ad aliud de ꝑuatione:quũ dˀ.ꝑuatio icludit formalr aliquod poſitiuuꝫ. ¶ Rñdeṫ ꝑ ea que dicta ſunt imediate poſt ſolutionẽ.q. ꝑncipalẽ.vñ negaṫ:ꝙ ꝑuatio vt priuatio eſt:iportet formaliter aliquod poſitiuũ:ſed ſoluꝫ cõnotatiue:⁊ tale eſt ſbm ſeu mã in gñatione ſbali. ¶ Sed ↄ̃ dicebatur:quia Ar.reprehẽdit Pla.qui nõ diſtinxit inter mãꝫ ⁊ priuationẽ:volẽs ꝙ mã ⁊ priuatio eſſent vnũ. ¶ Rñdetur ꝙ Ar.recte reprehendit Pla.q̄ꝫtũ ad hoc:ꝙ poſuit ꝑuationẽ eſſe in ſba mãe ⁊ ꝙ oĩno eſſent vnũ ſm diffõnem:mã ⁊ priuatio ⁊ hoc eſt falſum ẽt ſm nos.ponimˀ eni priuationẽ non

tionem nõ importare mãz in ſuo intellectu formali: ſed
ſolũ ↄnotãdo ⁊ ĩportãdo ſecundario. ⁊ ex ↄñti: ⁊ quaſi p
accidẽs: qđ eſt ↄ̃ intẽtionẽ Pla. vt apparet in preallegatis
cõmẽtis. ⁊ ꝙ poſuerit plato ꝓuationem in ſbã ⁊ eẽntia
mãe prime pȝ ex Cõmen. commen. 79. primi phi. Poni
mus ẽt nõ identitatẽ realẽ nõ ſolũ formalẽ inter materiã
⁊ priuationẽ. Plato aũt ponebat iſta eſſe omnino indi
ſtincta. ¶ Ad aliud ꝙ nõ quodlibet fit ex quolibet: ſȝ de
terminatũ ex determinato. rñdetur ꝙ pro tanto verũ eſt:
qꝛ nulla forma generaꝫ niſi preuijs diſpoſitionibꝰ exiſtẽ
tibus in mã: que determinãt mãm magis ad vnam for
mã ꝙ̃ ad aliã. Et hoc eſt qđ dicit Cõmẽ. 12. meta. cõmẽ.
18. ꝙ in mã ꝓcedunt ꝓportiones ⁊ habilitates quedã. ex
qbus determinata forma generaꝫ. Et per hoc pȝ ad con
firmationẽ. ¶ Ad aliud: quũ dicitur. Forma ante ſui ge
nerationẽ habet aliqđ eſſe diſtinctũ a materia ⁊c̃. Reſpõ
deꝫ vno modo ꝙ forma ante ſui generationem eſt ens: ⁊
nõ purũ nihil: maxime ſm illos qui tenẽt ens vniuoce
dici de ente in actu: ⁊ de ente in potentia obiectiua: quia
actus ⁊ potẽtia: quũ ſint modi entis nõ variãt rationeꝫ
eius formalẽ. Et cõcediꝫ ꝙ ens in potentia obiectiua eſt
ens ſimplr̃: vt eſſe dicit 3ᵐ adiacens in ꝓpoſitione. ¶ Et ſi
dicaꝫ. ſm qđ: hoc nõ eſt ex cõparatione eiꝰ ad cõmune de
vtroqꝫ. ſ. tam de ente in actu ꝙ̃ ẽt de ente in potẽtia: ſȝ p̃
ciſe vt ens in potẽtia cõparaꝫ ad ens in actu: ⁊ nõ vt am
bo cõparanꝫ ad 3ᵐ. ⁊ ſm hoc facilis eſt riſio. ¶ Sed con
tra: qꝛ ex hoc videreꝫ ↄcedẽdũ formã ante ſui gñationem
habere aliqđ eſſe eẽntie. ⁊ hoc ↄcederet Frãciſcꝰ de May
ronis. ⁊ Hericus de gãdauo. Ideo alio mõ põt dici: ne
gata vniuocatione entis ad ens in actu ⁊ in potẽtia. Tũc
ↄcediꝫ ꝙ tale ens in poᵃ eſt ens ſm qđ: vt ambo cõparan
tur ad ens in cõi: nõ tamẽ eſt purũ nihil: ⁊ ens in poten
tia obiectiua iſto mõ diſtinguiꝫ a nihilo ſimplr̃: ⁊ figmẽ
tis: penes hoc. vȝ. ꝙ ſibi nõ repugnat eẽ exiſtere: ꝙ̃uis ſit
nõ ens: vt nõ ens opponiꝫ enti ſimplr̃ in actu: ſed vt ens
accipiꝫ pro ente ſm qđ ſic ens in poᵃ nõ eſt nõ ens: ſȝ ens
iſto mõ acceptũ. nõ tamẽ ex hoc ↄcediꝫ ꝙ forma in potẽ
tia habeat aliqđ vex eſſe eſſentie: aut exiſtẽtie. de eẽ exiſtẽ
tie pȝ: qꝛ hoc eſt terminꝰ actionis agẽtis: de eẽ eẽntie ideꝫ:
qꝛ eſt idẽ realr̃ cũ eſſe exñtie. ⁊ nõ ſeparaꝫ ab ipſo in re. Cõ
cediꝫ tñ ꝙ forma ante ſui gñationẽ hȝ eſſe eẽntie in poᵃ.
⁊ ſilr̃ eſſe exñtie nec icõuenit eſſe exñtie eẽ in poᵃ: ⁊ deter
minari p ipſam potẽtiã: vt dicit Scotꝰ in 2ᵒ ſniarũ. di. 3.
q. vltima. vbi ↄcedit actũ ⁊ potẽtiam cognoſci abſtracti
ue: ⁊ actꝰ exñtie ⁊ potẽtie nõ ſunt oppoſita: niſi iſta accipi
anꝫ in ſuis realitatibꝰ. ⁊ in re ꝗcqđ dicat Frãciſcus de B.
¶ Uel aliter pt̃ dici: ſequẽdo dicta Cõmẽ. 9. meta. cõmẽ.
7. qui negat ens in poᵃ eſſe ens ſimplr̃: dicaꝫ ꝙ adhuc ex
iſta poſitione nõ ſequiꝫ formã ante ſui gñationẽ eẽ nihil
ſed mediũ inter ens ⁊ nihil. Nõ enĩ eſt ens ſimplr̃: vt di
cit ibi Cõmẽ. de ente in poᵃ: neqꝫ nihil: vt nihil opponiꝫ
ↄ̃dictorie enti: qꝛ tale nihil negat quodcũqꝫ ens: nõ ſoluꝫ
quo ad ens in ſe: ſed ẽt quo ad modos entis: ⁊ cũ ↄcedaꝫ
ꝙ forma ante ſui gñationẽ ſit ens in poᵃ: ens ⁊ modi eiꝰ
nõ neganꝫ a tali forma. ⁊ ſic inter ens ſimplr̃: qđ eſt ens p
fectũ ⁊ purũ nihil: daꝫ mediuꝫ qđ eſt forma in poᵃ: ꝙ deꝫ
tale mediũ apparet per illud qđ dicit Ar. 2ᵒ meta. tex. cõ
mẽ. 7. vbi hȝ iter eſſe ⁊ nõ eſſe eſt mediũ ip̃a gñatio: ⁊ illõ
qđ fit: ⁊ eẽ ⁊ nõ eſſe: vt ſunt termini gñationis nõ ſũt ↄ̃di
ctorij: vt oſtẽdiꝫ in 4ᵒ meta. ¶ Per hoc rñdeꝫ ad ↄfirma
tionẽ: quũ dr̃ ꝙ forma fieret ex nihilo ſimplr̃: negaꝫ ꝙ hꝫ
ſequaꝫ ſm poſitionẽ noſtrã: ſed bene expoſitiõe Plato
nis: qꝛ ponebat plato priuationẽ eſſe de eẽntia mãe: ⁊ ex
ↄñti mãꝫ eſſe purũ nihil: qꝛ priuatio ꝙ̃tũ ad ſuũ formale
ſignificatũ eſt purũ nihil. Ex quo ſequiꝫ ſm ipm gñatio
nẽ eẽ ex nihilo initiatiue ⁊ ſbiectiue: qꝛ tũ terminꝰ a quo:
ꝙ̃ mã que poniꝫ ſbm gñationis eſt nõ ens ſm ipm: ſȝ ſȝ
poſitionẽ quã tenemus: gñatio nõ eſt ex nõ ente ſimplr̃
ſubiectiue: qꝛ ponimꝰ mãm eſſe ens realr̃ poſitiuũ ⁊ ꝓua
tionẽ ꝙ̃tũ ad cõnotatũ eſſe aliqđ poſitiuũ: vt dictum eſt.
¶ Et cũ addiꝫ in argumẽto ꝙ forma fieret ex nihilo ſui:
ↄcediꝫ vt nihil opponiꝫ eſſe eẽntie ⁊ exiſtẽtie forme: qđ ẽ
eius vex ⁊ reale eſſe: ſed nõ vt opponiꝫ eſſe in potẽtia: qđ
eſt eiꝰ eſſe ſm qđ. ⁊ iſto mõ forma vt eſt in potentia nõ eſt
purũ nihil: vt dictũ eſt: imo eſt ens: ſȝ nõ ſimplr̃ ens: ſȝ vt
ly ens determinaꝫ per ly potẽtiã. aut per ly ſm qđ. ¶ Et
ſi arguas. nõ eſt ſimplr̃ ens. ḡ eſt ſimplr̃ nõ ens. ex 2ᵒ phier
menias. Negaꝫ ↄñtia in terminis cõpoſitis. In ſimplici
bus ↄcediꝫ. ſic eſt in ꝓpoſito. vñ iſta ↄñtia eſt bona. nõ eſt
ens. ḡ eſt nõ ens cũ ↄſtãtia ſubiecti: ſed cuꝫ ly ſimplr̃: put
determinat ly ens a parte ꝑdicati nõ valet. ¶ Ad vltimũ
pro iſta opinione rñdeꝫ ꝙ duplex eſt diſtãtia infinita: q̃
dã eſt poſitiua: que nihil aliud eſt: niſi exceſſus iſinite pfe
ctionis in aliquo vno ſup alteꝝ extremũ a quo di diſta
re: ⁊ talis diſtãtia eſt inter deũ ⁊ creaturã. Alia eſt diſtan
tia negatiua que eſt p negationẽ cõueniẽtie extremoꝝ:
aut ſaltẽ p ꝓuationẽ pfectionis in vno extremoꝝ: q̃ põiꝫ
in alio. pͣ negatiua eſt iter ↄ̃dictoria. ſcđa iter ꝓuatiue op
poſita extrema ↄ̃dictionis: nullũ habẽt mediuꝫ: neqꝫ ſm
formã: neqꝫ ſm ſbm. vt dr̃ p̃ poſterioꝝ. ⁊ 4ᵒ meta. tex. cõ
mẽ. 27. Extrema ꝓuationis: ſiuc ꝓuatiue oppoſita: ſȝ nõ
habeãt mediũ ſm formã: qꝛ ſunt ↄ̃dictoria circa ſbȝ aptũ
natũ: tñ bñ hñt mediũ ſm ſbm: circa qđ neutruꝫ hȝ fieri:
vt lapis reſpectu cecitatis: ⁊ viſus. ¶ Ex hoc ad propoſi
tũ dico ꝙ diſtãtia poſitiua iter deũ ⁊ creaturaꝫ eſt iſinita:
⁊ ſup iſtã nullũ agẽs finitũ põt: ſicut nullũ tale agẽs põt
creare. Si loq̃mur de diſtãtia negatiua. iſta nõ ẽ iſinita:
qꝛ iſta diſtãtia nõ eſt niſi exceſſus extremi poſitiui ſupra
aliud negatiuũ: aut priuatiuũ: qñ enĩ excedẽs eſt imedia
tũ exceſſo: ꝙ̃titas exceſſus erit ſm ꝙ̃titatem excedentis.
quũ aũt ↄ̃dictoria ⁊ ꝓuatiue oppoſita ſint imediata: ⁊ ex
tremũ poſitiuũ ↄ̃dictiõis nõ ponat pfectionẽ infinitã ſu
per aliud: niſi illud ſit ens icreatũ. igiꝫ diſtantia ſola que
erit inter ens increatuꝫ ⁊ nõ ens erit iſinita: ⁊ nulla alia.
¶ Qꝫ ſi dicas negationẽ: ſeu nihil qđ eſt extremũ contra
dictionis hr̃e infinitatẽ in ſe: qꝛ negat entia infinita: ⁊ ipȝ
deum. ¶ Cõtra. qꝛ nihil nõ diſtat ab ente: niſi in deficien
do. nõ plus aũt deficit nihil ab ente: ꝙ̃ ens illud ponat:
ſed ens cauſabile ſup qđ põt agẽs nãle ⁊ finitum nõ põiꝫ
ens iſinitũ. ergo neqꝫ nihil qđ opponiꝫ ei erit infinitum.
¶ Ex his reſpõdeꝫ ad formã argumẽti: ꝙ loquẽdo de di
ſtãtia iter ↄ̃dictoria nullũ agẽs finitũ põt ſupra talem di
ſtãtiã in qua nullũ eſt mediũ ſimplr̃ ⁊ oĩno. Si loq̃mur
de diſtãtia priuatiue oppoſitoꝝ: quũ iſta hẽat mediũ ſm
ſbm ſup iſtã põt agẽs nãle ⁊ creatũ: cuiꝰ actio ſemp ꝓſup
ponit ſbm circa qđ agit. Negaꝫ vlteriꝰ ꝙ aliq̃ iſtaꝝ ſit in
finita: ⁊ ſi alicubi repiꝫ ꝙ diſtãtia ↄ̃dictoꝝ ſit iſinita: hꝫ hẽt
intelligi infinita. i. idetermĩata: qꝛ ↄ̃dictio ſaluatur. imo
ſequiꝫ ad quãcũqꝫ puã ⁊ maximã diſtãtiã: ⁊ in omni en
te reſpectu alteriꝰ põt fundari ↄ̃dictio. Hec dicta ſint ad. q.

Ad argumenta ꝑncipalia. Ad pmũ: qđ ſu
miꝫ a Cõmẽ. 8. meta. vȝ. ex
actu ⁊ potẽtia nõ fit vnũ ⁊c̃. ¶ Rñdeꝫ ꝙ auctes Cõmẽ.
nõ ſũt ↄ̃ ꝓpoſitũ noſtrũ. loquiꝫ enim de actu exñtie: ⁊ de
potẽtia obiectiua ſibi correſpõdẽte. que poᵃ obiectiua eſt
reſpectu poſſibilis: qđ põt eſſe terminꝰ potẽtie actiue: qđ
eſt in poᵃ tali eſt idẽ cũ eo qđ eſt actu tale: ſicut ſor. in poᵃ ẽ
idẽ cũ ſorte in actu: ꝙ̃uis ſor. actu exiſtẽs ſit perfectiꝰ ens
ſeipſo: vt eſt in poᵃ. ⁊ ſic agẽs deducẽs ſortẽ de poᵃ ad actũ
exiſtẽtie nõ largiꝫ multitudinẽ: ſed perfectionem. Et ad
formã argumẽti: quum dicit. agẽs qđ producit aliqđ fȝ
totũ ſuum eẽ ⁊c̃. negaꝫ maior: ſi producat extrahẽdo de
poᵃ obiectiua ad actuꝫ: ſed ſi pducat de poᵃ ſubiectiua. ſic
agẽs largiꝫ multitudinẽ: ⁊ ſic maior eſt vera: ſed Cõmen.
primo mõ itelligit. ¶ Per hoc apparet ad ſcđaꝫ auctem
ꝙ illud qđ eſt in actu: nõ eſt aliđ ab eo qđ ẽ i poᵃ obtiua:

q̄ quā act⁹ extrīſe ⁊ po⁹ obiectiua ſint modi entis: nō variāt rōne illi⁹ cui adueniūt: ⁊ ita nō variāt: neq̧ genus: neq̧ ſpēm: neq̧ idiuiduū. ¶ Et h̄ dicta ſint ad totā .q.

¶ Dubitabit aūt vtiq̧ aliq̄s vtꝝ altera aut eadē ſint principia ⁊ elemēta ſbarū. Textu cōmenti. xix. Q. ō. vij.

Ueritur Utrꝝ ſba poſſit imedīate fundare relationeȝ potētie actiue. Et eſt ſenſus. Utrū ſba poſſit eſſe imediatū p̄n^m actiuū reſpectu alicuius effectus. ¶ Et arguit̄ ꝙ nō: q̄ ſba nō acqrit ſummā ei⁹ pfectionē ⁊ vltimā: niſi mediante pfectione minori: ſed ſumma pfectio ſbe eſt eius operatio: dicēte Ar. p̄ ⁊ .10. ethi. ꝙ act⁹ ⁊ opationes ſunt fines vltimi potētiaꝝ: ⁊ pfectiōes agētiū. minor aūt pfectio q̄ ſit ſba pfecta p ſuā ppriā opationē eſt aliqd̄ accidēs. ḡ ſba nō pōt pfici ſua ppria opatione: niſi mediāte aliquo accidēte. ¶ 2° arguit̄ ſic. Ar. in p̄ntis ponit nālē po^tē in p̄ito q̄litatis in 2^a ſpē. ḡ omnis nālis po^a eſt q̄litas. ḡ non ſba. ¶ Itē 3° po^a ⁊ act⁹ ſunt eiuſdē gn̄is. ex. 9. meta. ſȝ ois opatio ⁊ act⁹ ſcḋs in iſtis inferiorib⁹ eſt accn̄s. ḡ po^a ipſi⁹ actus ⁊ opationis erit accidēs. ¶ Ultimo arguit̄. Ar. in de ſenſu ⁊ ſenſato. Ignis nō agit in cōtrariū ignis: ſȝ in cōtrarium calidus. ḡ caliditas ē ſibi p ſe rō agendi: ⁊ nō ſubſtantia.

Ad oppoſitū tñ arguo ſic. Sicut po^a paſſiua ſe h̄ȝ ad ſbam: ita po^a actiua: cū potentia actiua dicat̄ eē pfectior paſſiua: ⁊ magis de intētione nāe: ſed po^a paſſiua p̄mo ⁊ ſimplr̄ eſt ad ſbam imediate: ⁊ fundat̄ imediate in ſba. ſ. i mā p̄ma: ergo po^a actiua poterit immediate fundari in ſba. ⁊ per ꝯſequēs ſubſtātia poterit immediate agere ⁊ producere.

In iſta .q. primo ponetur ꝯcluſio reſponſiua. 2° reſpōdebitur ad argumēta in p̄ncipio.

Quantū ad p̄mā ptē tenet̄ ps affirmatiua q̄ōnis q̄ pbat̄ p̄ a poſteriori. 2° pp qd̄. Et 3° auctē.

¶ Quātū ad primā p̄mo arguit̄ ſic. Effectus per ſe nō pōt eſſe nobilior ſua per ſe cā efficiēte: ſȝ ſba eſt nobilior quolibet accn̄te. ḡ nō poterit eſſe ab aliquo accn̄te. ḡ erit imediate a ſba. maior pbat̄: q̄ effectus vel eſt vniuoc⁹: vel equiuocus. Si eſt vniuoc⁹: eſt eque pfect⁹ cū ſua cā. Si equiuocus: nō pōt dari ꝙ ſit eq̄ pfect⁹ cū cā: q̄ nō eēt equoc⁹: ſed vniuoc⁹: ⁊ eiuſdē rōnis cū cā. ḡ talis effect⁹ eſt impfectior. pbat̄ (intelligēdo ipſam ppoſitionē de cā totali equoca i ſuo ordine: ⁊ i rōne cāe prime: ꝙ nō poſſit eē impfectior effectu: ⁊ breuiter de q̄cūq̧ gn̄atiua: ꝙ nō poſſit ſic eē impfectior effectu: dūmō ſit cā totalis in ſuo ordine) tūȝ q̄ oēm pfectionē quā h̄ȝ effect⁹ h̄ȝ a ſua cā. ḡ ois pfectio effect⁹ virtualr̄ ꝯtinet̄ in cā: ſed nō pōt dari ꝙ cā ſit eque pfecta cū effectu ſi ſit equoca: vt de ſe pȝ. ḡ erit maioris perfectiōis q̄ ſit effect⁹. Tū ēt q̄ ſi effect⁹ excedit ſuā cām: q̄ātūcūq̧ ſit ſimplex in re: pōt tñ diuidi in duo p intellm̄: i quorū vno adequat̄ ſue cāe: ⁊ in altero excedit. ſit illud i quo adequat̄ ſue cāe. A. illud in quo excedit ſit B. Iſto ſtante arguit̄ ſic. Cā p ſe nō pōt vltra effectū ſibi adeq̄tuȝ: q̄ dcē oppoſitū. ḡ talis effect⁹ nō adeq̄ret v̓tuteȝ cāe. Ex quo cā poſſet vltra talē effectū: ⁊ ita effect⁹ eēt adeq̄t⁹: ⁊ nō adeq̄tus: qd̄ iplicat ꝯdictionē. Patet igit̄ iſta maior. ſȝ effect⁹ ſm A. eſt adeq̄t⁹ ſue cāe. ḡ p ſe talis effect⁹ ſm A. poterit eē a ſua cā ſed effect⁹ talis ſm B. excedit. ḡ talis effect⁹ ſm B. nō poterit eē a ſua cā: ⁊ ita ſm B. vel erit a ſe: vl̄ a nullo. quoꝝ vtrūq̧ eſt ipoſſibile. ¶ Cōfirmat̄ eadē maior ppoſitio. Forma dās eē formale vbi dat formalr̄ eē nō dat pfecti⁹ eē q̄ ſit ppriū eē formale. ḡ vbi dat eē ipfectiori mō q̄ ſit dare eē formalr̄: nō dabit pfecti⁹ eē q̄ ſit pprium eē. Iſta ꝯñtia pȝ. q̄ ſi cā ſe h̄ñs mō pfecto in cādo: non cāt aliqd̄ pfecti⁹ ēt nō cābit pfecti⁹: vbi idē cauſet mō ipfectiori. Sed dare eē formalr̄ eſt pfecti⁹ dare eē: q̄ dare eē effectiue: ⁊ in gn̄e cāe efficiētis: q̄ p^m dare eē eſt dare eē intrīſece: ⁊ in rōne forme cōicātis ſuā pfectioneȝ alicui cui talis forma nata eſt dare eē. Dare eē effectiue eſt dare eē extrinſece. ḡ vbi forma dās eē formalr̄: nō dat pfecti⁹ eſſe ſuo pprio eē. ita ēt nec vbi dat eē effectiue. ¶ Et ꝯfirmat̄: q̄ātuȝ ad hoc ꝙ dare eē formalr̄ ſit pfecti⁹ dare eē: q̄ dare eē effectiue (⁊ hoc ſȝ theologos) q̄ ipſi ponūt ꝙ nā diuina cōicata trib⁹ ſuppoſitis dat eis eē formale diuinū. Extrinſece aūt ⁊ reſpectu creaturaꝝ nā diuina dat eē effectiue. Mō certū eſt ꝙ nā diuina pfectiori mō dat eē ſuis ſuppoſitis q̄ alicui creature. ḡ ſequit̄ ppoſitū: ꝙ dare eē formalr̄ ſit pfecti⁹ dare eē: q̄ dare eē effectiue. ¶ Ex his iſert̄ ppo^m: ꝙ efficiēs pducēs aliquē effectū nō cābit aliqd̄ eſſe pfecti⁹ q̄ ſit ppriū eē. ⁊ ita accn̄s nullo mō poterit gn̄are ſubſtātiā. ¶ Ad hoc rn̄det̄: ꝙ accidēs v̓tute ppria nō pōt gn̄are ſubſtātiā: ſed bn̄ v̓tute alteri⁹: ⁊ ita nullū i pfecti⁹ pōt virtute ppria in aliqd̄ pfecti⁹: ſed bn̄ v̓tute alteri⁹. ¶ Sed ꝯ̄ aſ: q̄ quero de illo in cui⁹ v̓tute agit: aut eni ē cā efficiēs termini gn̄ationis: aut nō. Si tu dicas ꝙ ſic: ⁊ illud tale ē ſba. ⁊ per formā ſuaȝ ſbalē eſt per ſe gn̄ans. igit̄ po^a actiua re^u gn̄ationis imediate fundabit̄ in ſba. ¶ Oȝ ſi tu dicas: ꝙ agit p ipȝ accn̄s: ⁊ nō p formā ppriā. ¶ Contra h̄ ꝙtuor. Qd̄ eni agit p formā alteri⁹ que eſt accn̄s in ipſo: p accn̄s agit. ḡ ſba ſolū p accn̄s gn̄aret: ⁊ ita p ſe gn̄ans aut efficiēs excederet̄ a pprio effectu. qd̄ eſt iprobatū. ¶ Itē 2° ꝯ̄ h̄ aſ ex fundamētis ſan. Tho. h̄ȝ eni ꝙ inſtrm̄ nō agit: niſi q̄ motū a p̄ncipaliori agēte: ſed accn̄s eſt cā iſtrm̄alis re^u ſbe. ḡ nō agit accn̄s niſi p q̄ātō mouet̄ a ſba. ḡ ſba p ſe erit mouēs efficiēs. ¶ Itē 3° ꝯ̄ ideȝ arguit̄. Incōueniēs ē aliqd̄ eē illud: i cui⁹ v̓tute alteꝝ agit in aliquo gn̄e cāe: niſi ſit p̄ncipali⁹ agēs ⁊ idepēdēt⁹ in eodē gn̄e cāe: ſed ſba eſt illud: in cui⁹ v̓tute accn̄s agit in gn̄e cāe efficiētis. ḡ ⁊ ſba imediate agit in gn̄e cāe efficiētis. ¶ P. 4° ꝯ̄ idē. Accn̄s agere in v̓tute ſbe: aut iportat aliqd̄ abſolutū: aut reſpectiuuȝ. Si abſolutū: aut eſt ſba: aut accn̄s. Si ſba. ḡ ſba agit. Et p̄terea hoc eſt falſum. q̄ accn̄s nō agit tanq̄ p rōnē formalē agēdi: niſi talis rō. formalis ſit in ipſo formalr̄: ſȝ nihil eſt formalr̄ in accn̄te niſi accn̄s. ḡ p ſe agere in q̄ātū accn̄s. Si aūt des 2^m mēbrū. vȝ. ꝙ illud abſolutū iportatū p agere in v̓tute alteri⁹ ſit accn̄s: ſequit̄ idē qd̄ pri⁹. Si aūt dicas ꝙ illud iportatū ſit reſpectiuū: non eſt niſi ordo accidentis ad ſbam in agēdo. Sed qd̄ h̄ȝ talem ordinē ad alterum in agendo non excludit quin illud alterū agat. ergo adhuc habebit̄ ꝙ ſba agit: ſicut appet in cauſis eſſentialr̄ ordinatis: quarū vna alteri ſubordinatur in agēdo. 2° declarat̄ eadē ppoſitio a p̄ori: ⁊ pp qd̄. Et arguitur ſic.

¶ Oē agēs agit ſm ꝙ eſt in actu: ita ꝙ illud qd̄ eſt pfecti⁹ i actu: pfecti⁹ agit (Hec ppō colligit̄ de mēte Ar. 9. meta. ⁊ 3° phi. tex. cōmē. 17. Probat̄ ēt rōne. ſi eni rō agēdi ē act⁹. ḡ vbi pfectior act⁹: ibi pfectior rō agēdi. Probat̄ ēt alio mō: q̄ rō act⁹ vel eſt pfectiōis ſimplr̄: vel ſequit̄ ad perfectionē ſimplr̄. ſed qd̄ eſt pfectiōis ſimplr̄ magis ſequit̄ illud qd̄ eſt pfect⁹ ⁊ maxīe: qd̄ eſt maxīe pfectū. Ergo cum act⁹ ſit pfectio ſimplr̄: q̄ reperit̄ in deo: cū ſummitate ⁊ eminētia. vbi erit pfectior act⁹: illud pfecti⁹ aget. ¶ Cōfirmat̄ h̄: q̄ itelli^r que ſūt pfectiores i actu dicunt̄ pfecti⁹ ⁊ p̄ncipali⁹ agere. pȝ ḡ iſta maior.) Sȝ ita eſt ꝙ forma ſbalis eſt pfectior act⁹ q̄ forma accn̄talis. ḡ pfecti⁹ poterit agere q̄ forma accn̄talis: ⁊ ita poterit ſibi imediate cōpetere actio: ⁊ po^a actiua. ¶ Ad h̄ rn̄det̄ dicēdo: ꝙ accidētia ordine quodā iſunt ipſi ſbe: ⁊ qd̄ eſt pfecti⁹: imediati⁹ ineſt: ⁊ illud qd̄ eſt ipfecti⁹ remoti⁹ ineſt. Actio āt ē ens diminutū. ḡ remoti⁹ ineſt ipſi ſbe: q̄ q̄litas aut q̄ātitas. Uñ nō pōt aliqd̄ eē primū actioni: niſi ſit ipfectū: q̄ qd̄ eſt primū ipfectiori ē impfectius. ḡ ſi ſba eēt ens primū actioni. eēt ens impfectum. ¶ Et confirmat̄ iſta ratio. Quia certū eſt ꝙ ppō vna pꝛeaſſumpta eſt falſa: que erat maior: q̄ certuȝ eſt ꝙ

q̄ātitas eſt

q̄ntitas eſt pfectior q̄litate: ⁊ tñ q̄ntitas nõ ē forma actiua:
ſed q̄litas. ¶ Cõtra hoc multipl'r arguit̃ ſupponẽdo: ꝙ
lꝫ pdicamẽta ſint ordinata ordine pdicamẽtali: nõ tñ ha
bẽt talẽ ordinẽ in eẽ: q: talia predicamẽta ſic ſe habent: ꝙ
res vni⁹ pdicamẽti põt imediate ↄſequi eſſe alteri⁹ predi-
camẽti: ⁊ illud qḋ eſt imꝑfecti⁹ põt imediate ↄſequi illud
qḋ eſt pfecti⁹. Sicut relatio ⁊ actio imediate pñt conſeq
ſbam: ⁊ rẽ de pñto ſbe. Nã certũ eſt ꝙ ſup ſbam põt ime
diate fundari relo idẽtitatis vel ſilitudinis eẽntialis. Tũ
q: duo idiuidua eiuſdẽ ſpẽi in pñto ſbe circũſcripto ad
imaginationẽ oi alio pñto a relatione ⁊ a ſba ſunt idẽ
in ſpẽ. ḡ talis identitas fundat̃ in iſtis indiuiduis: vt ſũt
indiuidua ſbe. Tũ q: (quã habeãt eãdem oĩam eſſentia
lẽ) dicant̃ eẽ ſilia ſilitudine eẽntiali que fundat̃ tanq̃
in fundamẽto primo in oĩa ſpecifica ipſoꝝ. ergo ꝓpoſi-
tũ. ¶ 2° ↄ idẽ: q: ſi talis eſt ordo accidẽtiũ q̄ntũ ad ineſſe: ⁊
ad ↄſecutionẽ ſui ſubiecti: q̄lis eſt ordo ipſoꝝ predicamẽ
toꝝ (quã relatio ordinet̃ ante actionẽ) nõ poſſet qualitas
agere: aut eẽ imediatũ receptiuũ actionis ſine relatiõe: ⁊
ita q̄litas nõ poſſet imediate agere: ſed mediãte relatiõe:
qḋ videt̃ eſſe ↄ Ar. 5. phi. tex. cõmẽ. 10. vbi vult: ꝙ relatio
nõ poſſit per ſe terminare motũ. ḡ multo magis negabit
ab ipſo: ꝙ poſſit per ſe pncipiare motũ. ¶ 3° arguitur ſic.
Ar. 4. phiſi. tractatu de loco. vult: ꝙ accidit locato in q̄n
tum locatũ eſt: ꝙ habeat q̄litates nãles: vt pꝫ in exemplo
ſuo de cubo: q: ſi cubũ eſſet ſeparatũ ab oib⁹ q̄litatib⁹ nã
libus: ⁊ eẽt in aq̃: adhuc hẽret vbi. ḡ vbi põt cõpetere ime
diate ipſi q̄nto: ſub rõne q̄nti: ſed adendo per intellectum
ẽt oẽm q̄litatẽ nãlẽ: ⁊ tñ certũ eſt: ꝙ ordine pdicamentali
q̄litas mediat inter vbi ⁊ q̄ntitatẽ. ¶ Et in cõfirmatione:
quã tu dicis: ꝙ q̄ntitas eſt pfectior q̄litate. Contra arguit̃
ſic. Illud nõ eſt pfectius qḋ ↄſequit̃ cõpoſitũ rõne mate-
rie eo qḋ cõſequit̃ cõpoſitũ rõne forme: q: ſicut forma eſt
pfectior mã: ita oẽ ↄſequẽs formã in q̄ntũ talis eſt perfe-
ctius ↄñte mãm: vt mã eſt: ſed ita eſt ꝙ qualitas ſequitur
cõpoſitũ rõne forme. q̄ntitas aũt ↄſequit̃ ipſuꝫ rõne mãe.
ergo ⁊c̃. ¶ Itẽ 4° arguit̃ ſic. Illud qḋ debet̃ ſubſtãtijs no
bilioꝛib⁹: ⁊ eis attribuit̃ eſt perfecti⁹ eo qḋ nõ attribuit̃ ta
libus ſubſtãtijs: ſed ita eſt ꝙ q̄litates pfectiores attribuũ
tur ſubſtantijs nobilioꝛibus: ſicut apparet de celo: ⁊ de
iſtis inferioꝛib⁹. Quãtitas aũt perfectior nõ attribuitur
ſbe pfectiori: q: q̄ntitas maior nõ cõpetit ſemꝑ corpoꝛib⁹
nobilioꝛibus. Elemẽta enĩ ſunt imꝑfectiſſima corpora
reſpectu mixtoꝝ: ⁊ tñ habẽt maiorẽ q̄ntitatem. quare ⁊c̃.
¶ 5° ⁊ vltimo arguit̃ ſic. Illud qḋ eſt rõ ſbe attingẽdi ſuũ
vltimũ finẽ: eſt pfectius eo qḋ nõ eſt rõ attingendi ↄſilẽ
finẽ: ſed qualitates ſunt rões tales reſpectu ſbe (q: ſba p
fecta: ſicut eſt hõ per ea que ſunt q̄litates attigit vltimũ
finẽ. Nã certũ eſt ꝙ intelligere ⁊ velle ſunt qualitates in
hoie: ⁊ p intelligere ⁊ velle hõ attingit ſbas ſepatas: deũ
⁊ intelligẽtias: in q̄bus ↄſiſtit ſua vltima pfectio) ḡ ꝓpoſi
tũ. ¶ Et ↄfirmat̃: q: illud eſt maioris pfectionis qḋ ↄue-
nit cũ perfectione ſimpl'r in deo: q̄ꝫ illud qḋ nõ ſic conue
nit. Sed q̄litates in nobis ↄueniũt cũ pfectionib⁹ ſim-
pliciter in deo. Probat̃: q: ſapientia in nobis intelligere
⁊ velle ſunt q̄litates: ⁊ magis ↄueniũt ſiue vniuoce: ſiue
analogice cũ his que ſunt in deo. ſ. ſapiẽtia diuina intelli
gere ⁊ velle in deo: q̄ꝫ q̄ntitates. ḡ q̄litates ſunt pfectiores
q̄ntitatib⁹. ¶ Ad illud qḋ tu dicis: ꝙ q̄ntitas nõ eſt pn̄m
actiuũ imediatũ. Cõtra: lꝫ nõ ſit pn̄m actiuũ actiõe tranſ-
mutatiua ⁊ corruptiua. eſt tñ pn̄m actiuũ actiõe intẽtiõa-
li in ſenſum: ſic ꝙ mouet ipm ſenſum: ⁊ ẽt intellm: q: de
ſe põt cauſare actũ intelligẽdi. ḡ vt ſic q̄ntitas eſt pn̄m actiuũ
qḋ nullo mõ cõpetit relationi ſm ſe. ¶ Sed arguit̃ ↄ rõ-
nẽ pncipalẽ. Per te iſta eſt vã. Oẽ ens pfecti⁹ in actu põt
eẽ pn̄m pfecti⁹ actiuũ. Sub iſta ꝓpoſitione aſſumo iſtam
minorẽ. Sed mixtũ eſt ens pfecti⁹ in actu q̄ꝫ elemẽtum. ſ.
ignis. ḡ mixtũ erit pfecti⁹ actiuũ: qḋ cõiter negat̃. ¶ Rñ-

deo ↄceſſa illa maiore: dico ad minorẽ: ꝙ mixtũ eſt pfecti
us actiuũ: ⁊ hꝫ aliq̄ꝫ opationẽ pfectiorẽ q̄ꝫ ignis: aut ali-
qḋ aliud elm̃ reᵘ cui⁹ ē pᵐ pfecti⁹ actiuũ: q: qḋ põt i perfe
ctiorẽ opatiõeꝫ eſt pn̄m pfecti⁹ actiuũ. Dr̃ tñ ꝙ elm̃. ſ. ignis
eſt pfecti⁹ actiuũ ſm actionẽ trãſmutatiuã ⁊ corruptiuã:
ſed q̄ntũ ad actionẽ pfectiuã: q̄ eſt reᵘ alicui⁹ pfectiõis pfici
entis ſbm. mixtũ eſt perfectius actiuum: q̄ꝫ elementum.
¶ Probat̃ 3° pncipalit̃ ↄ pncipalis: auc̃te Ar. 7. meta. tex.
cõmẽ. 31. vbi hꝫ Ar. ꝙ ꝓpriũ ſbe ex his accipe eſt: ꝙ neceſ
ſe eſt aliq̄ꝫ aliã ſbam pexiſtere: que facit actu animal ſi ſit
actu aial. Sed ſi ſit q̄ntũ: aut q̄le nõ eſt neceſſe preexiſtere
q̄ntũ aut quale: niſi poteſtate. Ex qua auc̃te habetur: ꝙ ſi
ſit in actu q̄ntũ: aut q̄le. non eſt neceſſe preexiſtere quãtuꝫ
aut q̄le. Ex hoc arguit̃ ſic. Impoſſibile eſt ꝙ aliq̄d capiat
eſſe: poſt q̄ꝫ nõ fuit: niſi a cã per ſe efficiẽte: que neceſſario
pexigit̃ ad hꝫ: ꝙ talis effect⁹ capiat eẽ. Sed q̄ntũ aut q̄le ad
hoc ꝙ ſit: nõ neceſſario pexigit q̄ntũ aut q̄le: imo tali non
exñte poterit caũ q̄ntũ aut q̄le. ḡ cauſabit̃ a ſba. ¶ Et cõ-
firmat̃: q: ſi nõ eſt neceſſariũ pexiſtere ad gñationẽ q̄nti ⁊
q̄lis: q̄ntũ aut q̄le. multo min⁹ erit neceſſariũ pexiſtere ad
gñationẽ ſbe: q: ſi de quo magis. ḡ de quo min⁹: minus
eñi vr̃ ꝙ ſba dependeat a q̄nto: ⁊ a q̄li: q̄ꝫ ipm q̄ntũ ⁊ q̄le.
Sed ipm q̄ntũ: aut q̄le nõ ſic depẽdet eẽntialr̃ a q̄nto ⁊ q̄li
ꝙ neceſſario pexigat ipm. ḡ multo min⁹ ſba: ⁊ ita ſba po
terit gñari a ſba: nõ pexñte q̄ntitate: aut q̄litate. ¶ Ad hãc
auc̃tẽ Ar. rñdet̃ ꝙ ſba gñat̃ a ſba tanq̄ꝫ a pn̄° remoto: ſꝫ
nõ q̄ntũ ⁊ q̄le gñat̃ a q̄nto ⁊ q̄li tanq̄ꝫ a pn̄° remoto: ſed ꝓ
pinquo. ¶ Cõtra Ar. itẽdit ibi ꝓbare. q̃ꝫ ſba eſt cã oiuꝫ
accidẽtiũ: q: pmiſit ibi: ꝙ accidẽtia nõ ſunt entia: niſi q:
entis: ſed ſi ad gñationẽ q̄nti ⁊ q̄lis neceſſario pexigit̃ q̄n-
tũ ⁊c̃. tanq̄ꝫ pn̄m ꝓpinquũ. ḡ nõ ꝓbaret intentũ: ſꝫ magis
oppoſitũ. ¶ P. arguit̃: ꝙ accñs nõ attingit terminũ ſba-
lẽ: q: accñs nõ corrũpit ſbam. ḡ nõ gñat: ↄñtia pꝫ: ⁊ ante-
cedẽs ꝓbat̃: q: nihil corrũpit niſi habeat maiorẽ ꝓportio-
nẽ ſupra corrũpendũ: ſed hoc non hꝫ accñs: q: reſiſtit ſba
corrũpẽda cũ q̄litate ſibi cõueniẽte: mõ qḋ eſt pfectius in
entitate eſt pfecti⁹ in virtute: ſba eſt hm̃oi. igit̃ ⁊c̃. ¶ Et ↄfir-
mat̃: q: qḋ nõ põt corrũpere q̄litatẽ ↄñtẽ formã ſbalẽ: nõ
põt corrũpere ſbam: ſed accñs ↄrĩũ nõ põt corrumpe talẽ
qualitatẽ: q: ſba hꝫ virtutẽ ↄſeruatiuã illi⁹ q̄litatis. igit̃
reſiſtit agẽti corrũpenti: mõ cõparãdo actiuũ ad actiuuꝫ
ſimpl'r pfecti⁹ ſm entitatẽ eſt ſimpl'r pfecti⁹ ſm virtutẽ. igi
tur ⁊c̃. ¶ P. alterãs nõ inducit gradũ icõpoſſibilẽ alte-
rabili. ⁊ ꝓbat̃ hoc ex rõne terminoꝝ: q: nõ põt mouẽs in
ducere gradũ icõpoſſibilẽ ſuo mobili. cui⁹ ꝓbatio eſt: q:
mobile manet in toto motu. ḡ ſub oi gradu p motũ idu
cto: ſed nihil manet ſub aliquo ſibi icõpoſſibili. ¶ Hoc
ẽt ꝓbat̃ p aliã rõnẽ a poſt. prius nãliter nõ põt corrũpi p
aliqḋ poſteri⁹ nãliter. ſ; q̄d eſt inductũ ab alterãte vt alte
rãs eſt: eſt poſteri⁹ nãlr̃ forma ſbali rei alterabilis. ḡ p ni-
hil tale inductũ ab alterãte corrũpitur ſba alterabilis.

Quantum ad 3ᵐ pncipale. Ad argumẽta princi-
palia rñdet̃: pmittendo ꝙ duplex eſt
actio. eſt enĩ actio ꝓductiua: ⁊ eſt actio acta. Actio ꝓducti-
ua eſt de gñe actionis. Actio acta eſt de gñe q̄litatis: aut
q̄ntitatis: aut alioꝝ predicamentoꝝ. Actio ꝓductiua quã
doq̄ꝫ eſt ad terminum intrinſecũ agẽtis: qui eſt perfectio
ipſius agentis: q̃n̄q̄ꝫ ad terminũ extrinſecũ: qui nõ eſt ꝑ-
fectio agentis: ſed facti ⁊ producti. ¶ Tunc rñdetur dicẽ-
do. ſi loquamur de ipſa actione ꝓductiua. illa non eſt ꝑ-
fectior ſba. q: talis actio eſt reſpectus: ⁊ forma reſpectiua
non eſt perfectio ſbe: ⁊ loquendo de ipſa actione: nõ opꝫ
ꝙ ſba aliquo alio pficiat̃ anteq̄ꝫ ſibi cõpetat talis actio.
Sed loquendo de actione acta que eſt termin⁹ intrinſe-
cus: ⁊ perfectio ipſius ſbe. põt concedi maior: ⁊ ad mino
rem dr̃: ꝙ ſũma pfectio ſbe eſt operatio: que eſt terminus
ipſi⁹ actionis ꝓueniẽtis a potẽtia actiua: ⁊ ↄceditur ꝙ ad
perfectiſſimã iſtã operationẽ non deuenit ipa ſubſtãtia:

niſi prius ordine nãe: vel tpis recipiat aliquã pfectionez minorē: ꝛ ex hoc nihil mali ſequitur. ¶ Poſſet ēt dici: ꝙ cū ſba ſit pfectior oī actione acta ꝛ ol factione: non opꝫ ꝙ ꝑus pficiaꝶ alio ꝗ̄ hēat actionē vel factionē: ꝛ ita lꝫ ſba q̄lis: vt eſt vnū aggregatū ex ſba ꝛ q̄litate ſit qd pfectiꝰ ſaltē ſm qd: ꝗ̄ ſba in ſe: ū ſba q̄lis vt includit perfectionez formalē ꝛ ꝓpriā ſbe diſtinctā ꝯ pfectionē qualitatis: non eſt pfectior intrinſece q̄ntū ad ꝓpriā pfectionē: ꝗ̄ ſba qualis: vt q̄lis eſt: ꝛ ita in recipiēdo ipſam q̄litatē: vel in pducendo ipſam: nō opꝫ ꝙ pficiaꝶ pfectione alteriꝰ gn̄is a ſe: cū nullū tale poſſit eſſe pfectio eiꝰ itrinſeca ꝛ ſbalis. ¶ Ad 2ᵐ rn̄deꝶ: ꝙ ſi au. cās ꝯcluderet: nulla ſpēs de 3ᵃ ſpē q̄litatis eēt imediatū pn̄ᵐ pductiuū: qd̓ eſt euidēter falſuꝫ: ꝛ ꝯ Ar. in pdicamētis. ꝛ in 2° de aīa. de obiectis ſenſuū. ꝯn̄ntia eſt euidēs: q: per te oīs nālis poᵃ eſt in 2ᵃ ſpē q̄litatis. Dōm eſt igiꝶ: ꝙ nālis poᵃ: vel accipiꝶ ꝓ eo qd̓ ſignificat: vl̓ pro eo qd̓ denoiat. ꝑ mō nālis poᵃ nō eſt aliud ꝗ̄ reſpectus potēntialitatis de pñto relationis: vel alteriꝰ pdicamenti reſpectiui. 2° mō accipiꝶ pro fundamēto iſtiꝰ reſpectus ꝛ poᵃ iſto mō dicta pōt repiri in pluribꝰ pdicamētis: ꝛ maxime abſolutis. Pōt ēt accipi nālis poᵃ 3° mō: pro facilitate vel agilitate vtēdi poᵃ 2° mō dicta: ꝛ iſta agilitas ſeu facilitas in vtēdo poᵃ 2° mō: eſt q̄litas de gn̄e q̄litatis: ꝛ ē in 2ᵃ ſpē. ꝛ ad hoc facit exēplū Ar. in pñto q̄litatis: qui exēplificat de pugillatore ꝛ curſore: quo ad illā potētiā nālē: q̄re argᵐ nō eſt ꝯ ꝓpoᵐ. ¶ Ad 3ᵐ rn̄deꝶ ꝙ duplex eſt poᵃ. vna eſt poᵃ ſbtiua. altera eſt poᵃ obiectiua. Potētia ſubiectiua eſt pn̄ᵐ paſſiuū receptiuū alicuiꝰ forme. Poᵃ obiectiua eſt poᵃ ſm quā aliqd̓ vn̄ ꝓ pōt pduci in eē. Potētie ſubiectiue opponiꝶ actꝰ formalis. potētie obtiue opponiꝶ actus exiſtētie. Si loquamur de poᵃ ſubtiua: ꝛ actu ſibi corrñdente: negaꝶ ꝙ poᵃ ꝛ actꝰ ſint eiuſdē gn̄is: q: data veritate iſtiꝰ: ſequereꝶ ꝙ oīs poᵃ ſubtiua eēt de gn̄e actiōis. Nā certū eſt: ꝙ actio que recipiꝶ in agēte: aut in paſſo: eſt de gn̄e actiōis. ꝗ̄ oē illud in quo recipeꝶ actio: eēt de genere actiōis per illā auctē. Sed loquēdo de poᵃ obiectiua ꝛ actu ſibi corrñdēte: veꝝ eſt ꝙ poᵃ ꝛ actꝰ ſunt eiuſdē gn̄is: eiuſdē ſpēi: ꝛ eiuſdē indiuidui: q: idē nūo qd̓ ꝓfuit i poᵃ eſt poſtmodū in actu: ꝛ ita equocaꝶ de poᵃ. Mō poᵃ actiua nō eſt poᵃ obtiua: ſed reducitꝶ ad potentiā ſubiectiuā. pp hoc: q: vel in ipſa recipiꝶ actio: vel ꝑ ipſam actio recipiꝶ in ſubto: ꝛ ita (quū nō ſit poᵃ obiectiua) argᵐ nihil cōcludit. ¶ Ad vltimū rn̄deꝶ: ꝙ Ar. ibi loquiꝶ de actiōe intētionali in ſenſu: ꝛ q: ſenſus nō ſe ꝓfūdat vſqꝫ ad ſbam rei. ideo ignis actione in ſenſum nō agit in q̄ntuꝫ ignis: ſed in q̄ntū calidus. ꝓpterea q: dictū eſt: ꝙ ſba non eſt de ſe ſenſibilis: ſed bene accidēs ꝯſequens ſbam ꝛc̄.

¶ Ampliꝰ. ſi itell̓s ſit ſua ſba ſine itelligētia qd itelligit. Tex. cō. li. Q. ō. viij.

Ueritur Utrū intell̓s diuinꝰ intelligat aliud ab eēntia ſuo. ¶ Et arguiꝶ ꝙ nō. Nā data v̓itate iſtiꝰ: ſequereꝶ ꝙ intellectꝰ diuinꝰ pficereꝶ per aliud ab eſſentia ſua. ꝯn̄s eſt falſum. ꝗ̄ ꝛ antecedens. ꝯn̄ntia pꝫ: qm̄ intellectꝰ ꝑ intelligere dignificaꝶ ꝛ pficiꝶ: vt hꝫ Ar. 12. meta. tex. cōmen. 52. ¶ Itē ſecundo arguiꝶ: q: ſi ſic. ſequereꝶ ꝙ intell̓s diuinꝰ itelligeret cōpoſita: ꝛ ptes eiꝰ: ꝛ cū partes ſint priores toto ordine nāe: intellectꝰ diuinꝰ priꝰ intelligeret partes ꝗ̄ totū. ꝛ per ꝯn̄s in tali intellectu eſſet ordo ſucceſſionis. Et vlteriꝰ ſeqꝶ: ꝙ intell̓s intelligeret diſcurſiue: cū ex cognitione partium que priꝰ ordine nāe cognoſcerenꝶ deueniret in cognitionē totiꝰ. ¶ 3° arguiꝶ ſic. qm̄ dato ꝙ intell̓s diuinꝰ intelligat aliud a ſe: ſequiꝶ ꝙ intellectio ſua ſit reſpectu infinitorū ſimul ꝯn̄ntia pbaꝶ: q: intelligibilia ſunt infinita ſaltem ſucceſſiue. que poſſunt itelligi ab intellectu nr̄o: ſꝫ q̄cūqꝫ ſunt ſucceſſiue intelligibilia ab intellectu nr̄o: ſil̓ actu intelligunꝶ ab intellectu diuino: cū intelliganꝶ vnico actu. ꝗ̄ intelligibilia infinita ſunt ſil̓ actu intellecta ab intellectu diuino. ¶ Et ꝯfirmaꝶ: q: ſi itell̓s diuinꝰ itelligit oīa itelligibilia alia a ſe: aut intelligit illa ſub rōne cōi: aut ſub rōne ꝓpria. nō ſub rōne cōi: q: intellectio ſua eēt cōfuſa. Si ſub rōne ꝓpria: aut hoc erit ſucceſſiue: aut ſimul. ſi ſucceſſiue. ergo intellectus diuinus intellecto vno erit in potentia ad intelligenduꝫ alterū. ſi ſimul. ergo ſimul intelligit infinita. Quo dato ſequiꝶ ꝙ infinita multitudo erit pertrāſita ſimul ab aliquo itellu: qd̓ ſapit hereſim in phia.

Ad oppoſitū tū arguiꝶ. Si intell̓s diuinꝰ non intelligit alia a ſe. Iſta ipoſſibilitas itelligēdi: aut eſt ex defectu intell̓s (q: ſ. intelligibile ē adeo pfectū ꝙ intell̓s ex ſua virtute nō poſſit illud intelligere: ſicut d: 2° meta. ꝙ intell̓s noſter ſe hꝫ ad mãifeſtiſſima in nã: ſicut oculus noctue ad lucē ſolis.) Sed hꝰ non pōt dici de itellu diuino: cū ſit perfectiſſimꝰ ꝛ infinitꝰ: aut iſta ipoſſibilitas eſt ex defectu rei cognite (ſic vt res ſit minime entitatis: ꝛ ex ꝯn̄ti minime cognoſcibilitatis) ſꝫ hꝰ ēt nō pōt dici de itellu diuino: q: defectꝰ in cognoſcibili arguit maiorē nobilitatē ꝛ pfectionē in cognoſcēte: quia vbi eſt talis defectꝰ in cognoſcibili. ſi poᵃ eſt itēſior ſꝫ proportionē: pōt illud cognoſcere. vn̄ Ar. i li. de ſenſu ꝛ ſenſato vult ꝙ ſi viſibile diminuereꝶ in īfinitū: opꝫ viſum q ꝯꝫ ipm viſibile pcipe augeri in īfinitū. puitas ꝗ̄ cognoſcibilis reqriꝶ maiorem virtutē potētie cognitiue: ſed nulla potētia cognitiua pōt eē itēſior ꝛ pfectior ꝗ̄ poᵃ itellectiua dei. igiꝶ defectꝰ cognoſcibilis nō ipedit q̄n pfecte cognoſcaꝶ ab itellectu diuino q̄ntū eſt cognoſcibile: nō ſolum quodlibet a deo eſt cognoſcibile hn̄s eē in itellu eiꝰ obiectiue: ſed quodlibet diſtincte ꝛ ſub ꝓpria rōne cognoſcit ab ipſo: q: cognitio ꝯfuſa eſt impfecta: nihil aūt ipfectionis eſt in deo: q̄re ꝛc̄. ¶ 2° arguiꝶ ſic. quecūqꝫ poᵃ cognoſcit aliquā rōnē formalē de ſe: pōt itelligere illā in quocūqꝫ ꝑ ſe icludiꝶ: ſed itell̓s diuinꝰ cognoſcit rōnē formalē entis. igiꝶ ꝛc̄. maior vꝫ nota: q: cognoſcēs diſtincte aliquaꝫ rōnē. cognoſcit quodlibet cui ineſt formalr̓ illa rō: vt eādē ſibi: q: nō ſtat aliq̄ duo eſſe idē realr̓: ꝛ quodlibet cognoſcaꝶ diſtincte: qn̄ cognito vno cognoſcaꝶ ꝛ reliquuꝫ. minor ēt pꝫ: q: itell̓s diuinꝰ cognoſcit ſe eē formalr̓ ens formalr̓ ſbam ꝛ ſpm̄: ꝛ quecūqꝫ in eo includunꝶ q̄dditatiue. ¶ Ad idē 3° arguiꝶ ſic. ſi ꝑ hoc ꝙ itell̓s diuinꝰ itelligit creaturas diceret ipfectꝰ: multo magis ex hoc ꝙ pducit creaturas. q: ſicut pducere creaturas nō eſt aliud: niſi eiꝰ pductionē terminari ad creaturas. Ita intelligere creaturas non eſt aliud: niſi eiꝰ itellectionē terminari ad ipſas: ſꝫ maior im pfectio vꝫ pductionē terminari ad creaturas: ꝗ̄ itellectionē: q: pductio neceſſario reqriꝶ terminū in actu: nō autē itellectio: q: ſiue res exiſtat: ſiue nō: ſemꝑ pōt intelligi igitur ꝛc̄. ¶ Cōfirmaꝶ ſi ipfectiōis eēt in poᵃ ſupiori attigere villa obta: multo magis eēt ipfectior itellus ꝗ̄ ſenſus: q: ſenſus nō cognoſcit niſi q̄litates: itellus cognoſcit multo viliora q̄litatibꝰ. ¶ Ad idē 4° qm̄ aliqd̓ obm hꝫ veriꝰ eē in aliquo repn̄tatiuo ꝗ̄ in ſeipſo. veriꝰ cognoſcit in illo ꝗ̄ in ſeipſo: ſꝫ res create veriꝰ hn̄t eē in eēntia diuina ꝗ̄ i ſeipſis. ꝗ̄ veriꝰ cognoſcunꝶ in eēntia repn̄tāte ꝗ̄ in ſeipſis. ſꝫ eēntia diuina ē repn̄tās itellectui diuino. ꝗ̄ itellus oīa repſentata itelligit ꝛ cognoſcit in re: ꝛ īuiceꝶ. ꝗ̄ ꝛc̄. ¶ Ad idez 5° qm̄ aliqd ꝯtineꝶ eminēter in aliq̄ ipoſſe eſt vt cognoſcaꝶ pfecte ꝯtinēs vt ꝯtinēs: niſi cognoſcaꝶ ꝯtētū: ſꝫ deꝰ cōtineꝶ eminēter oīa alia a ſe: ꝛ cognoſcit ſe pfecte vt continēs. ergo ꝛc̄. ¶ Et ꝯfirmaꝶ: q: qm̄ aliqs itellus cognoſcit pfecte aliqd cognoſcit oē illud qd̓ in eo cōtineꝶ (pꝫ ex rōne pfecte cognitionis: q: cognitio pfecta eſt de aliquo: qm̄ nihil eiꝰ latet itellectū) ſed intellectꝰ diuinus cognoſcit eſſentiā ſuā perfectiſſime in qua oīa eminēter ꝯtinenꝶ: igitur ꝛc̄. ¶ Itē 6° oīs intellectus cognoſcens cām: vt cā eſt cognoſcit effectū illius cauſe. Intellectus diuinus ē hꝫ reſpectu ſui. igiꝶ ꝛc̄.

ſui.igiṫ ꝛc̄. Maioꝛ eſt nota: quiā cognitio cāe vt cā eſt ꝯſiſtat in q̄dā habitudine cāliṫatis terminate ad effectum: ſed ipoſſibile eſt cognoſcere habitudinē: niſi termin⁹ aliquo mō cognoſcaṫ: q: relatio in eē ꝛ in cognoſci dependet a termino: minoꝛ declaraṫ: q: de⁹ cognoſcat ſe ſub oī rōne que eſt in eo formalr̄: ſed deus lʒ cātionē non hēat actualē: tñ hʒ in ſe vim cātiuā. Ois aūt vis cātiua eſt neceſſaria vt vis cauſatiua ipoꝛtat aptitudinē ad cāndum reſpectu creature. ģ ꝛc̄. Silr̄ pʒ minoꝛ: q: deus cognoſcit ſe eē cām finalē oium: cālitas aūt cauſe finalis eſt formaliter in deo. ģ deus ipam cognoſcit: ſed non eſt cā finalis ſui. ģ reſpectu alioꝝ a ſe. ¶ Et ꝯfirmaṫ hꝰ: q: itell's cognoſcēs aliquā nām pfecte ꝛ diſtincte cognoſcit qcqd eſt idē realr̄ illi nāe. ꝛ hꝰ eſt verū de oī intellu: vbi illud qȯ eſt ſic idē eſt abſolutū vel reſpectiuū terminatuʒ ad limitatū: ſʒ eē cātiuū creature eſt quedaʒ aptitudo nālis ipſi⁹ dei eadē realr̄ cū eſſentia ſua. ģ cognoſcēs eēntiā cognoſcet iſtaʒ aptitudinē nālē: ſed nō pōt cognoſci talis aptitudo nalis niſi cognoſcaṫ termin⁹ ad quē ipſa terminaṫ. ergo ꝛc̄. ¶ Itē 7° arguiṫ. q̄ñcūqʒ aliqd eſt demonſtrabile de aliq̄ cognoſcēs ſbm diſtincte: cognoſcit illud qȯ eſt ſic demōſtrabile: ſed ita eſt ꝙ eſt demōſtrabile de deo: ꝙ eſt melioꝛ oī creatura: ģ cognoſcit eēntiā diuinā eē meliorem oī creatura: ſed hoc nō eſt poſſibile: niſi cognoſcēdo creaturas. ģ neceſſario cognoſcit ipſam. Nā habitudo que ē in cōparatiuo nō cognoſcaṫ ſine termino. ¶ Cōfirmaṫ: quia īpoſſibile eſt cōplōnē ex terminis cognoſcere: niſi termini cognoſcanṫ: ſed iſtā cōplōneʒ de⁹ cognoſcit. vʒ. De⁹ eſt melioꝛ oī creatura. ģ cognoſcit terminos: ꝛ per ꝯñs creaturā que eſt alter terminoꝝ. ¶ Cōfirmaṫ iterū: q: de oib⁹ ꝯdictoꝛijs alteꝝ de deo verificaṫ. Deus eni vel eſt ex tēpore: vel nō. Silr̄. deus eſt coꝛpus: vel nō. Alterū eni dictuʒ de deo ipſe cognoſcit: ſed impoſſibile ē: ꝙ de⁹ cognoſcat ſe nō eē ex tpe: niſi cognoſcat tpe. Silr̄ ipoſſe eſt cognoſcere ſe nō eſſe coꝛp⁹: vel incoꝛporeū: niſi cognoſcat ipm coꝛpus. ģ relinqṫ ꝙ de⁹ intelligit alia a ſe. ¶ Ultimo oē agēs per cognitionē cognoſcit effectū quē pducit: ſed deus eſt agens per cognitionē: ꝛ cauſat motū in celo. igiṫ cognoſcit motū: ꝛ ipm celū qȯ mouet. ¶ Rñdetur ꝙ cognoſcit motū ꝛ celū ſub rōne cōi: nō particulari. ¶ Cōtra. certum eſt ꝙ deus ſi cognoſcit celū ſub aliqua rōne: non cognoſcit ipm ſub rōne ſibi icōpoſſibili ꝛ repugnāte: ſed ita ē ꝙ rō cōis ꝛ vlis repugnat pmo mobili qȯ mouet: q: tale vt vult ipſe. 12. meta. tex. cōmē. 49. eſt ſimpliciter iplurificabile. ergo non cognoſcit ipm ſub ratione cōmuni ꝛ vli: q: tunc cognoſceret ipm falſo: ꝛ ſub rōne repugnante ꝛ ꝯdicente rei conceptibili. ſicut ſi aliquis intellect⁹ intelligeret hominē ſub ratione irrationalis. quare ꝛc̄.

In iſta. q. primo poneṫ duplex diſtinctio de obiecto. 2° loco poneṫ ꝯnes rñſiue ad qōnē 3° ꝛ vltimo ſolueṫ rōnes in pn° pro via Ar.

Quantuʒ ad pmū arti^m pma diſtinctio eſt talis. Obm eſt duplex. quoddā eſt motiuū quoddā terminatiuū. Obʒ motiuū eſt illud qȯ mouet vel ipimit aliquā foꝛmā in po^a. Obm terminatiuū eſt illud circa qȯ terminaṫ actio ꝛ opatio potentie. Ex quo ſequiṫ ꝙ quoddā obm ad potentiā hʒ rōnē mouētis ad motū: quoddā hʒ rōnē terminātis ad terminū: qȯ nihil aliud eſt: niſi potētiā habere relationē tendētie ꝛ attingētie in ipm obm: vt in terminū. De rōne obiecti in q̄ntum obm eſt: nō eſt mouere potētiaʒ: neqʒ agere in ipſam: q: multa ſunt obta que nullā actionē habēt in potētiaʒ: ſicut pʒ de po^a augmētatiua ꝛ nutritiua: que ſūt potētie mere actiue: ꝛ nullo mō paſſiue ab obiectis. Silr̄ aliquid pōt mouere potētiā: qȯ nō eſt obʒ circa qȯ verſaṫ act⁹: ꝛ opatio potētie. Sicut ſi deus infunderet ſpēm lapidis in intellectu ſoꝛtis: deus moueret potētiā intellectiuā ſoꝛ. nō tñ eēt obm ipſius intellectionis: ſʒ lapis repreſentatus p talē ſpēm infuſam. ¶ 2° diſtinctio eſt iſta. obm terminatiuū eſt duplex. quoddā eni per ſe p̄ terminat: quoddam vō ſcdario ꝛ per ſe nō p̄. Obm pmo terminans eſt illud qȯ ſm rōnē ſuā ppriā terminat actū potētie. obm terminās neqʒ p ſe: neqʒ p̄ eſt qȯ terminat per rōnem alterius. Exēplū pōt poni aliquo mō ſile: q: ſenſibile ppriū p̄ ꝛ p ſe terminat actū viſus. Cōe aūt ſenſibile vt q̄ntitas nō ſic terminat: tñ nō eſt oino ſile: q: ſenſibile cōe eſt per ſe ſenſibile. lʒ nō pmo. Unde nō eſt ita ſecundario ſenſibile qn terminet per ſe: ꝛ non ſolum virtute alterius.

Quantū ad 2^m pncipale. His poſitis pono tres ꝯnes: q̄rū pma eſt iſta. Actus intelligendi depēdet realr̄ ab obto motiuo: ꝛ menſuraṫ ab ipſo. Iſta ꝯcluſio pbaṫ: q: effect⁹ dependet realr̄ a ſua cā: ſed actus intelligendi eſt effect⁹ obti motiui. q: ab eo cauſaṫ ꝛ ipimitur: in po^a cui⁹ eſt actus. ģ depēdet ab eo realr̄: ꝛ menſuraṫ. Ex hac ꝯne ſequiṫ vnū coꝛrelariū. vʒ. ꝙ act⁹ intelligēdi diuin⁹ nō reſpicit aliqd ex̄ eſſentiā diuinā. tāqʒ obʒ motiuū: cū ipſa intellectio diuina nō depēdeat: neqʒ menſureṫ ab aliquo ex̄ ſe. ¶ 2^a ꝯ eſt iſta. Actus intelligēdi coexigit neceſſario ad ſui eſſe obʒ per ſe pmo terminatiuū. Quia nihil pōt poni in eſſe in rōne terminati: niſi pſupponaṫ termin⁹. Si eni aliqd terminaṫ ad aliquid per ſe pmo nō pōt eſſe ſine ipſo terminātē. Ex iſta maioꝛe ſic pbata. accipio iſtā minoꝛē. Sed ois act⁹ itelligēdi terminaṫ ad aliqȯ obm p ſe pmo: ꝛ ad ipm hʒ reſpectū tēdētie ꝛ attingētie: vt in terminū. igiṫ nullus act⁹ itelligēdi poterit eē: niſi pſuppoſito termino p ſe pmo terminante. ¶ Ex qua ꝯne ſequiṫ hoc coꝛrelariū: ꝙ actus itelligendi diuin⁹ ad nihil per ſe p̄ terminaṫ: niſi ad diuinā eſſentiā. ¶ 3^a ꝯ. Act⁹ itelligēdi q terminaṫ ad obʒ v̄tute alteri⁹: nō depēdet eēntialr̄ ab ipſo: neqʒ coexigit ipʒ ad ſuū eē: imo obm tale pſupponit actū: ꝛ meſuraṫ ab ipo. Probaṫ iſta ꝯ ſic. Qñ aliqȯ obʒ nō eſt actu obm po^e: niſi per hꝰ ꝙ potētia pducit ipm in eē obtiuo v̄tute obti pmi. qȯ pmo reſpicit^a tali po^a: actus illius potētie nō dēpēdet ab illo obto: ſed magis ecōtra. Sed ita eſt: q: quelibet creatura que eſt obm ſecūdariū itell's diuini eſt hꝰ. ģ ꝛc̄. maioꝛ pbaṫ: q: vnūquodqʒ pductū ꝛ cātum in ſuo eſſe depēdet a ſua cā. ģ ſi actus alicuius potētie eſt rō pducēdi aliquaʒ q̄ditatē in eſſe obiectiuo: aut itelligibili: ꝛ ſolū eſt tale per actū po^e: depēdet tale obm eēntialr̄ ab actu po^e. minoꝛ pbaṫ: q: vnaqueqʒ q̄ditas creata. pduciṫ in eē intelligibili p actū itellect⁹ diuini. nō lapis eſt itelligibilis: q: itell's diuinus ipm itelligat. Naʒ q: vnūquodqʒ ens v̄tualr̄ ꝛ eminēter ꝯtineṫ in eēntia diuina: ſicut in cā ex ſola preſentia eſſentie diuine ad itellm diuinū tēdētē in ipſam eſſentiā ꝛ cognoſcētē ipſam: vt obm īſinitū: itellectus diuinus ē ſufficiēter in actu pmo: habita intellectione eſſentie diuine: vt obiecti pmi ad pducēdum quodlibet ens creatū in eſſe intelligibili: ꝛ ita ſequitur ꝙ quodlibet ens creatum dependet in ſuo eſſe obiectiuo ab actu intelligendi diuino: ꝛ menſuratur ab ipſo.

His habitis q̄ntū ad vltimū articulū rñdetur ad rōnes Ar. ꝛ Cōmē. in pn° qōnis. Et pmo ad pmā: ꝯcēdo ꝙ itellectio dignificatur ab obiecto motiuo: vel pmo terminatiuo. nō autē ab eo qȯ terminat virtute alteri⁹. Iſta autē obta iferioꝛa termināt rōne obti pmarij. ſ. eēntie diuine: vt dictū ē. q̄re ꝛc̄. ¶ Sʒ ꝯ: q: Ar. dicit in tex. ꝙ meli⁹ eſt aliq̄ nō intelligere: q̄ʒ itelligere: ꝛ exēplificat de viſibilibus: ſic meli⁹ ē aliq̄ nō videre: q̄ʒ videre. Ex iſto arguo ſic. ſicut ſe hʒ viſus ad viſibilia: ita ſe hʒ itell's ad itelligibilia: ſed ita eſt ꝙ maioꝛis pfectiōis eſt aliq̄ nō videre q̄ʒ videre. igiṫ ꝛc̄. ¶ Ad hꝰ rñdetur ꝙ ppoſitio Ar. ſic hʒ intelligi: ꝙ meli⁹ eſt aliq̄ nō itelligere motiue: vel terminatiue pmo: q̄ʒ itelligere aliqua iſtoꝝ modoꝝ. Sed ſecūdario ꝛ ex ꝯñti intelligere non eſt veꝝ. rō pmi ē. q: quod itelligitur motiue vel termina-

tiue primo:intellectio ex necessitate depēdet ab illo:ꝛ ita
intellectio ordine nāe est posterior illo intelligibili:q꞉ cā
ꝑ se est prior causato.ꝛ prinm principiato.ꝛ hoc est quod dic
Sco.in pma ppōne theorematū. Intelligibile nā pcedit
intellectionē si mouet ꝛ causat intellectionē:ꝛ ita si intel-
lectus diuinus ita intelligeret ista inferiora:intellectio di-
uina dependeret ab istis inferiorib' essentialr.ꝛ esset po-
sterior ipsis:ꝛ vlteri' mēsuraretur ab eis.Et cū itellectio di-
uina sit eadē cū sba dei:sequeretur idez de ipsa:qd infert de
intellectione diuina.Sīlr meli' est nō itelligere termina-
tiue pmo aliqd q̄ȝ illud intelligere:q꞉ tale terminans est
sil' cū intellectiōe:ꝛ quodāmō coexactū ad illā:qd repu-
gnat deo:ꝛ cuilibet qd est formalr i deo:sed qd terminat
actū intelligēdi:vt in alio(hoc est virtute alteri')nō ē ali-
qd primo actu intelligendi:neq̄ȝ coexactū ab ipo.ꝛ hoc si
nullo mō p se terminat:sed solū per accñs:q꞉ aliud termi
nat.Et ad hoc fac̄ exēplū Ar.de visibilib':q꞉ cuȝ visio sit
pfectio videntis:qd cuiq̄ȝ mouet ipm visum:aut ꝑ se pri-
mo terminat:pficat pom visiuā.¶Ad scdam rōnē Ar.cū
dicit.ꝙ intell's diuin' intelligeret cōposita ꝛc̄. ¶Rñdet
premittēdo duo dicta.Primū ꝙ ad discursuȝ nō reqrit
ordo ꝛ successio tēporis:ꝙ vnū.vȝ.prius tēpore intelliga-
tur:ꝛ aliud posteri':ꝛ rō est ista.Quia fm Sco.in ange-
lis ꝛ in beatis in patria pōt esse discursus:ꝛ tamē ibi nō
est ordo tēporis:neq̄ȝ successio:q꞉ in eodē istāti temporis
possunt sillogiçare.Scdm dictū est:ꝙ ordo nāe:ꝛ succes-
sio nāe requirit ad discursum:ꝙ aliqd.vȝ.prius nā intelli
gatur q̄ȝ reliquū:processus tñ ab vno ad reliquū nō cōdu
dit actū discursiuū.Vt exēpli grā.Esto ꝙ intelligā prius
hoiem:ꝛ postea risibilitatē.ex hoc nō cōcludit discursus
sed requirit:ꝙ nō tñ sit ordo nāe inter ipsa intellecta:vt
intellecta sunt:sed ꝙ ex notitia vnius deueniat in notiti
am alteri'.Reqrunt ergo duo ad discursum.vȝ.ꝙ vnū
post alteꝝ itelligat ordine nāe:ꝛ ꝙ ex notitia vnius deue
niat in notitiā alteri'.ꝛ iō premisse in sillogismo prius in-
telligunt q̄ȝ ɔclusio:ꝛ ex notitia premissaꝝ deuenit i no-
titiā ɔnis.¶Ad argm ḡ cū dicis.Si deus intelligeret ex-
tra se cōposita:sequeret ꝛc̄. Nego ɔñtiā.Et quuȝ pbat ꝙ
prius in isto casu intelligit vnū q̄ȝ aliud.ɔcedo:q꞉ intel-
ligit ea eo ordine quo nata sunt intelligi ab intellectu qui
oīa itelligit:sic ipsa sunt intelligibilia:q̄lis est intellectus
diuin'.Unde modus intelligēdi intell's diuini ē oppo-
sit' mō intelligēdi intell's nostri.Intell's noster pcedit via
originis a posteriorib' ad priora:intell's diuin' ecōtra.In
tellectus noster prius intelligit cōposita q̄ȝ simplicia:itel
lectus diuin' ecōtra.Rō pmi est:q꞉ itell's noster in itelli-
gēdo depēdet a sensu:itell's diuin' cū sit pfect': sequit or-
dinē itelligibiliū fm eē:ꝛ ita prius itelligit cās q̄ȝ causata:
simplicia q̄ȝ composita.ꝛ hoc loquēdo de prioritate nāe.
¶Et cū tu infers postmodū.ḡ discurrit. Negat ɔñtia:q꞉ ex
notitia partiū nō deuenit in notitiaȝ cōpositi:sed ex sola
presentia essentie diuine ad suū intellm.intell's diuinus
prius intelligit partes q̄ȝ totū:ita ꝙ est ordo in intellectio
ne diuina:ꝙ vnū intelligit post aliud:ꝛ nō ex alio:seu ex
notitia alteri' virtute essentie diuine mouentis.Vñ alius
est ordo:ꝙ B.intelligat post A.ali' est ordo ꝙ b.intelli-
gat p A.Imaginor enī tria instātia nāe.in quorū primo
est eētia diuina pñs intellectui diuino:que mouet ipȝ
intellectū diuinū ad intellectionē sui in.2° istāti nāe eēn-
tia diuina sic pñs sub rōne actu intelligibilis represen
tat oēs qditates creatas:q꞉ oēs ɔtinent in ipsa virtualr
ꝛ eminenter:ꝛ ipsa:vt sic mouet intellm diuinuȝ ad no
titiā qditatū creaturaꝝ:ita ꝙ ex sola presentia eēntie:itel
lect' diuin' itelligit quiditates creatas:non ꝙ ex notitia
eēntie deueniat in notitiam illaꝝ.Non eniȝ est ordo eēn
tie diuine in priori istāti ad quiditates cognitas in 2°
instāti.vt cogniti sub rōne qua cognitū est ad alteꝝ obie
ctum vt cognitum:sed tñ est ordo obiecti vt representati

ui ad aliqd vt representatuȝ.Ita ꝙ dato ꝙ essentia diui-
na(per impossibile)nō intelligeret in priori instanti fm
propriā rōnē:posset tñ representare in secūdo istāti qdita
tes creatas:ꝛ eaꝝ intellectionē causare in intellu diuino.
¶Et si dicat.Intelligēdo partes intell's est in poa ad itel
lectionez toti':ꝛ ita intell's erit potētialis ꝛ perfectibilis.
¶Rñdet:ꝙ aliqua ē poa distās ab actu.aliqua est cōiū-
cta cum actu:prima est phisica ꝛ realis:ꝛ talis ponit im-
perfectionē in re potētiali.sed secūda non ponit aliquaȝ
impfectionē.Unde in intellu diuino est poa hoc mō:ꝙ
hoc ordine nāe psupponit ad cognitionē alteri':sed non
ꝙ intell's diuin' intelligat hoc:ꝛ nō illud:q꞉ vnico actu
intelligit tā eēntiā:q̄ȝ omnes quiditates creatas.Est eni
tñ ordo nāe ꝛ psuppositionis:sed nō potentialitatis:sic
ꝙ habēdo vnum nō habeat aliud.Dico ergo:ꝙ quotiēs
cunq̄ȝ aliqd est in poa que est distās ab actu:tale est imp-
fectum:sed nō capiendo poam alio mō.¶Ad vltimū cuȝ
arguebat sicaut intelligit sub rōne cōi:aut sub rōne p-
pria:dico ꝙ vnico actu ꝛ simul intelligit infinita:ꝛ qdli-
bet sub rōne ppria terminatiue ꝛ virtualr:nō pꝛ ꝛ per se
sed secundario.¶Et cū infert:ꝙ infinita multitudo erit
cōprehensa ab intellu diuino.Concedo,ɔñs ꝛ ɔsequentiā.
¶Et si dicat:ꝙ illud qd est comprehēsum ab aliquo in-
tellectu finit ꝛ terminat scia eius:ꝛ ita sequeret:ꝙ infini
tā intellectione diuina finiret.¶Rñdet:ꝙ totā illā mul
titudinē terminari duplr pōt intelligi.vno mō fȝ se.alio
mō p actū cōprehensiuū ipsi' dei.Si intelligas primo mō
nego istam ɔñtiā.Deus intelligit scia cōprehensiua totā
multitudinē.ḡ ista multitudo est finita in se.si aūt intelli
gis 2° mō.vȝ.in ordine ad actū cōprehensiuū diuinū:sic
ꝙ extra illā nihil sit istius multitudinis:cōcedo.Naȝ sic di
3° phi.ꝙ totū est illud extra qd nihil ē.Ita dico ꝙ tota mul
titudo est cōprehensa:ita ꝙ extra illū actū nihil est isti' mul-
titudinis.Nō si arguas.est finita in actu cōprehensiue.
ergo est finita.Nego ɔsequentiā:q꞉ arguis.a.fȝ quid ad
simplr.¶Et sic pȝ solō ad rōnes Ar.ꝛ Cōmē.¶Sed tñ
vlterius ad intentionē Ar.adducit alia rō sic.Si de' itel
ligit aliqd extra se.ḡ opȝ illū intelligere ifinita numero.ꝛ sic
intelligit aliquā spēm numeri distantē ab vnitate in infi-
nitū.q꞉ numerus causat per additionē vnitatis.Tūc se-
queret:ꝙ posset intelligere aliquā spēm in infinituȝ pfe-
ctiorē alia spē data:puta in numeris:sed talis spēs ē ens
pfectissimū simplr:ꝛ quodlibet tale est deus.ḡ ꝛc̄.¶Ad
hoc rīdet pmittēdo vnā regulā:ꝙ nunq̄ȝ ad summū in
iferiori:sequit summū in supiori:nisi illud inferi' sit pfe-
ctissimū ɔtentū sub supiori.Exēplū.si a.sit summ' ꝛ pfe-
ctissim' asin':nō valet ista ɔñtia.A.est pfectissim' asinus.
ḡ est pfectissimū aial:sed bene valet.A.est pfectissim' hō.
ḡ est pfectissimū aial(si p A.intelligat hō)qm hō ,est spe-
cies pfectissima ɔtenta sub aiali. ¶Ad propositū.Ens
est quoddā cōe ad oīa entia:ꝛ nunq̄ȝ aliquid est pfectissi
mū ens:nisi sit pfectissimū cōtentū sub ente:q̄le nō ē q̄ti
tas.Nā sba est perfectior q̄titate.iō nō valet.est perfectis
sima spēs numeri.ḡ pfectissimū ens.¶Sed alr 2° rīdet
negādo:ꝙ si daret aliq̄ multitudo distans in infinitū ab
vnitate:ꝙ talis multitudo eēt numerus infinit'.Unde
cōcedo:ꝙ est multitudo infinita:nō tñ nūs ifinit': q꞉ 3°
phisi.oīs nūs est mensurabilis vno:sed nūs infinit' nō
est sic mensurabilis:q꞉ oē mēsurabile est finitū:ḡ nūs in-
finitus eēt finit':ꝛ vlteri' sequeret ꝙ eēt nūs:ꝛ nō nume-
rus.¶Vel 3° ad hoc rīdet ꝙ talis multitudo data esset
numerus.¶Et cū tu infers:ꝙ esset mēsurabilis:ɔcedo.
Et cū infert:ꝙ quodlibet tale est finitū.Rñdet ꝙ illd qd
mensurat vno finities sumpto:est finitū:sed si mensurat
vno infinities sumpto:tale mensuratū non est finitū:q꞉
vnū ifinities sumptū pōt reddere nūm ifinitū.De h lati
us dicet in.q.de futuris ɔtingētib' statim.art.4.rīdē-
do ad quartā rōnē phi.quare ibi ꝛc̄.

¶Extimo

¶ Eximij theologie pſeſſoris. M. Antonij Trõbete patauini ordinis minoꝝ: in preclaro Patauino ſtudio metaphyſicã publice legẽtis: ad Auguſtinũ barbadicũ illuſtriſſimũ Venetiaꝝ ducem queſtio de diuina preſciencia futurorum contingentium ſequitur.

Queritur vtrũ deus pcognoſcat futura ꝯtingẽtia. Et arguit ꝙ nõ. Si deꝰ ſcit me lecturꝫ cras. ergo iſtud futurũ neceſſario eueniet: ꝯñs eſt falſũ: qꝛ ſicut de iſto: ita de quolibet alio futuro cõtingẽti: ⁊ ita oĩa ex neceſſitate euenirent. q̄ dato: ſequit ꝙ nõ oporteret negotiari: aut cõſiliari circa agẽda a nobis. ꝯñia pbat. Illud neceſſario euenit cuius oppoſitũ eſt impoſſibile aduenire. Sed oppoſitũ huius futuri ꝯtingentis eſt hꝫ. Ad ꝓbatur: qꝛ vel eſt poſſibile aduenire: vel nõ. ſi nõ: habeo ꝓpoſitũ. ſi ſic ponatur in eẽ. ⁊ tunc deus decipiet in ſua cognitione quũ deus cognoſceret ab eterno oppoſitum.

Ad oppoſitum eſt hieronimꝰ ſup hieremiã. Futuroꝝ ſcia ſoli deo cõpetit: ſꝫ ſi deus poſſet falli circa iſta: nõ eſſet ſcia ipſoꝝ: qꝛ ſcia eſt cognitio certa: ⁊ euidens. ex primo poſteriorum. ⁊ 7. metaphyſice. tex. cõmẽ. 53.

Quoniam inquiſitio de diuina preſcia futuroꝝ pſupponit notitiã quõ futurꝫ cõtingens ſe hꝫ ad eẽ: qꝛ ſicut ſe hꝫ ad eẽ: ſic ad cognoſci ex 2. metaph. tex. cõ. 4. ideo pro determinatione q̄onis quattuor pncipalr faciemꝰ. ¶ Primo videndũ eſt quõ capit a pħo ꝯtingẽs. ¶ Secundo an futurꝫ ꝯtingens ſit ad alteram partem ꝯtradictionis determinatum. ¶ Tertio an ꝯtingentia habeant aliquã cauſam ſui eẽ. ¶ Quarto de queſito videbitur.

Quantum ad pᵐ articulũ ſunt tres diſtinctiões. ¶ Prima diſtinctio eſt iſta. Contingens vno mõ accipit vt diſtinguit ꝯtra neceſſariꝫ. Alio mõ vt diſtinguit ꝯtra ens vt in pluribꝰ. Primo mõ eſt illud in cuius nã eſt poſſibilitas ad deficiendꝫ. vt eſt de mẽte Auer. 2ᵒ phyſicoꝝ. cõmẽ. 48. ꝯtra Auic. ⁊ tale contingẽs eſt illud qđ eſt poſſibile eẽ vel nõ eẽ: de quo loquitur Ariſt. 9. meta. tex. cõmẽ. 17. vbi hꝫ hoc. Eſt aũt potẽtia nihil ſempiternũ: oĩs nãqꝫ potẽtia ꝯdictionis eſt: poſſibile omne ꝯtingit nõ actu eẽ. Ex qbus verbis cõcludit Ariſt. ꝙ oĩs poᵃ paſſiua eſt ꝯdictionis: ⁊ ita (quã poſſibile qđ diſtinguit ꝯtra neceſſariũ ſit in poᵃ paſſiua ad eẽ poſt nõ eẽ: qꝛ eſt terminus potẽtie actiue que agit per motũ) ſequitur ꝙ tale ꝯtingens hꝫ poſſibilitatẽ ad deficiendũ: ⁊ ita nullo mõ eſt neceſſariũ. Et ex hoc hꝫ euidentiaꝫ ſnia Auic. ponẽtis differentiã inter ꝯtingens vt in pluribus ⁊ neceſſariũ. Nam ꝯtingens vt in pluribꝰ ſm ipm hꝫ impedimentũ. neceſſariũ vero nullũ hꝫ ipedimentũ. Unde primo ſue phyſice. ca. 13. dicit ꝙ hec eſt differẽtia inter ſemper ⁊ ſepe. qꝛ ei qđ eſt ſemp: nõ aduerſat ꝯtrium ipediens. ſed bene ei qđ eſt ſepe. nam ſi ab eo qđ eſt ſepe: remoueantur ꝯtria ipedientia: tale ꝯtingens erit neceſſariũ. Neqꝫ hec ſnia Auic. ꝯdicit ſnie Auer. qꝛ lꝫ Auic. ponat poſſibilitatem ad deficiendũ extrinſecã. ſ. ex parte ipedientis extrinſeci: nõ tñ negauit intrinſecã: ſꝫ vna pſuppoſita. vꝫ. intrinſeca: alteram explicuit. Quare rõ Auer. quaꝫ adducit in pallegato cõmẽto cõtra Auic. nulla eſt. Alio mõ capitur ꝯtingens vt diſtinguit ꝯtra ens vt in pluribus. ⁊ tale eſt ens cõtingens equaliter: aut in minori parte qđ eſt ens caſuale ⁊ fortuitum. ⁊ hoc ſequẽdo viã Auic tenentis dari caſuꝫ tam in poſſibilibus equaliter q̃ꝫ in minori parte. Nec rõnes Auer. aut Themiſtij militant contra hanc viam vt poſtea declarabit. ¶ Scḋa diſtinctio. ꝯtingens equaliter quoddã eſt ex parte effectus tñ. Quoddam ex parte cauſe agentis. Ex parte effectus illud eſt ꝯtingens equaliter quod ab aliqua potẽtia actiua ſic prouenit: ꝙ de nã ſua nõ natũ eſt ab hꝰ potẽtia actiua magis prouenire q̃ꝫ nõ ꝓuenire: ſꝫ indifferẽter ſe hꝫ ad vtrũlibet. Sed ꝯtingens ex parte cauſe agẽtis: eſt agens qđ ex nã ſua deducto ipedimento eſt indifferens ad agendũ ⁊ nõ agendum. ¶ Tertia diſtinctio. ꝙ duplex eſt ꝯtingentia. Quedam per ſe. Quedaꝫ per accidens. Cõtingentia per ſe eſt ſm quã aliquid eſt poſſibile aliter ſe hĩe nõ ex ipedimento alicuius cauſe: ſꝫ ſolũ ex plenitudine pfectionis ⁊ potẽtie potentis ponere in eẽ ipſum effectũ vel oppoſitũ ipſius. Et hec ꝯtingentia attribuit volũtati. Propter quaꝫ ei attribuit dñium ⁊ principatũ. pħs. 7. poli. c. 5. dicens. Anime potẽtia qua eligimus pncipans eſt: ⁊ qđ liberuꝫ ab hac potẽtia exiſtit: ab oibus eſt iuincibile. Et. 10. ethi. Felicitas eſt operatio optima: ⁊ optimi: ſiue intellectus: ſiue alicuius alterius qđ ſm nãm videt pncipari ⁊ dñari. Et. 8ᵒ meta. tex. cõmẽ. 10. diſtinguit potentias rõnales ab irrõnalibꝰ. volens ꝙ rõnalis valet ad oppoſita. irrõnalis eſt tñmodo vnius oppoſitorũ. Et vlterius vult ꝙ potẽtie rõnales ſicut ſunt ſcie ⁊ artes (quaꝫ equalr reſpiciant oppoſita ⁊ non magis ſint vnius q̃ꝫ alterius) ſi ſint determinate vnius: hoc eſt ex appetitu ⁊ pherẽ determinante. Et cõmentator pſequit ibi ꝙ apper tus determinans eſt voluntas: que lꝫ (vt inquit ipſe) ſit ab intellectu. ſ. vt oſtendente ⁊ ꝯſiliante: intellꝰ tñ ⁊ alie potẽtie rõnales ſunt a voluntate iperãte ⁊ regulante: alias potẽtias per modũ imperij: lꝫ ipſa regulet ab intellectu per modũ cõſilij. Neqꝫ ſic regulari arguit maiorẽ dignitatẽ in intellectu. Certũ eſt enim ꝙ Iuriſcõſultus regulat regeꝫ per modũ ꝯſilij. Iſte tñ iuriſcõſultus nõ eſt dignior rege: qꝛ rex ipm iuriſcõſultũ ⁊ alios regulat per modũ imperij: qđ regulare arguit principalitatẽ ⁊ nobilitatẽ. ¶ Nec ſi tu diceres ꝙ intellectus ⁊ ſcia nõ ꝯnumerant iter potẽtias rõnales. ¶ Hoc eſt ꝯtra tex. pallegatũ: ⁊ etiã ꝯtra tex. cõmẽ. 3. vbi enumerat artem medicatiuã iter potentias rõnales: que potentia inquit ipſe eſt ifirmitatis ⁊ ſanitatis. Cõtingentia per accidẽs eſt illa ſm quã aliqđ eſt poſſibile aliter ſe hĩe ex ipedimẽto alicuius cauſe ſiue efficientis ſiue materialis ſiue finalis. Et hec ꝯtingẽtia eſt qꝛ cauſe nõ pñt agere vel pati. vñ effectus eſt ꝯtingens ſeu ꝯtingenter euenit ex ordine ad cauſas accidentales comitantes cauſas per ſe ⁊ impedientes ipſas. Et iſta ꝯtingentia eſt ipſoꝝ naturalium generabiliũ ⁊ corruptibiliũ. ¶ Huiuſmodi eniꝫ effectus cauſaꝝ nãlium q̃ꝫtum eſt ex cauſis per ſe ipſoꝝ: neceſſario ꝓueniunt. ꝙ aũt ꝯtingenter eueniant: hoc eſt ex cauſis per accidens ꝯcomitãtibꝰ cauſas per ſe ⁊ ipſas impediẽtes. Cauſe eniꝫ nãles per ſe diſpoſite remoto ipedimento nõ pñt nõ agere. quare neceſſario agunt. Et hoc eſt qđ dicit Ariſt. 9. metaph. tex. cõmẽ. allegato. Neceſſe eſt in quãtũ vt pñt actiuũ: ⁊ paſſiuũ appropinquant. hoc quidem facere: illud vero pati.

Ex his que dicta ſunt ſequit ꝙ ꝯtingẽtia effectꝰ cauſarũ nãliũ hꝫ quattuor ꝯditiones. ¶ Prima conditio eſt ꝙ eſt contingẽtia per accidẽs. non per ſe. Eſt enim hꝰ ꝯtingẽtia ex parte indiſpoſitionis materie aut alterius cauſe accidẽtalis aut per accidẽs. nõ aũt ex ordine effectuũ ad cauſas per ſe. ¶ Scḋa ꝯditio eſt ꝙ talis cõtingentia eſt contingẽtia ſm quid. nõ ſimplr: qꝛ eſt in ordine ad aliquã vnam cauſam vt impedibilem per aliã. nõ eſt aũt in ordine ad totum ordinẽ cauſaꝝ ꝯcurrentiũ ad effectũ. ¶ Tertia ꝯditio eſt ꝙ eſt contingẽtia priuatiua. nõ poſitiua. Prouenit enim ꝯtingentia hꝰ ex priuatione ſeu ex defectu alicuius diſpoſitionis cauſaꝝ. Cauſe enim vltima diſpoſitione priuate: nõ agunt. ¶ Quarta ꝯditio eſt ꝙ eſt cõtingentia extrinſeca nõ intrinſeca: qm̃ nõ eſt ex aliquo impedimento intrinſeco: ſed ex aliquo extrinſeco accidente. Licet etiaꝫ poſſet dici ꝙ eẽt intrinſeca ex parte poſſibilitatis effectuuꝫ ad deficiendum vt dictum eſt.

Per oppoſitum poſſumus dicere in pma contingētia ſupius poſita quatuoꝛ eſſe ɔditiones. ¶ Pꝛima eſt ꝙ eſt ɔtingētia per ſe nō ex aliquo accidēti ɔcomitante ſicut ꝑcedens. ¶ Secunda eſt ꝙ eſt cōtingētia ſimplr: qm̄ nō eſt in ordine ad vnā cām vt ipeditam p aliā: ſed eſt in cōparatione ad totum ordinē cauſaꝝ reqſitaꝝ. ¶ Tertia eſt ꝙ eſt ɔtingētia poſitiua nō priuatiua: qm̄ nō eſt ex priuatione alicuius debite diſpōnis: ſʒ ex plenitudine pfectionis ipſi⁹ cauſe. ¶ 4ª eſt ꝙ eſt ɔtingētia itrinſeca nō extrinſeca: qm̄ nō ex aliquo ipedimēto extrinſeco: ſed ex pfecto dn̄io cauſe reſpectu ſui effectus ɔtingentis: ⁊ iſta eſt pfecta cōtingētia. Qꝫ aūt detur iſta ɔtingentia per ſe diſtincta a ɔtingētia per accñs pꝫ de mēte Ariſ. 2. phi. q diſtinxit agens p ſe in agēs ſm nāꝫ ⁊ in agēs a ꝓpoſito q duo agētia hn̄t oppoſitos modos agendi: qm̄ vnū agit neccio. ſ. nāle: aliud cōtingenter. ſ. agens a ꝓpoſito: ⁊ vtrūqꝫ eſt agens per ſe.

Contra iſtas diſtinctiōes arguit. Et pmo ɔtra hoc ꝙ in cōtingētibus equalr reperit caſus arguit ſic a ɔtingēti equalr nō ꝓuenit aliqua actio: ſed effectus caſualis ꝓuenit a ſua cā quecūqꝫ ſic: igit ⁊c̄. maioꝛ pbat. Nam ſic cā a qua ꝓuenit effect⁹ nō determinat ad alterum oppoſitoꝝ: neutra actio eſt dignioꝛ vt ſit. Sic arguit cōmē. 2. phi. cōmēto pallegato. Et. 9. meta. tex. commē. 10. hꝫ ꝙ ſi potentia rōnalis que eſt ad oppoſita non determinaret ad alteꝝ (cuꝫ ipſa nō magis ſit vni⁹ oppoſiti qꝫ alteri⁹) ſimul qꝫtum eſt ex ſe exiret in vtrūqꝫ. ¶ Et hoc ɔcludit ꝓpoſitū ꝙ effectus cōtingēs caſualis nō prouenit niſi a cōtingēti in minoꝛi parte ſic. Actio non inuenitur ex ɔtingenti equa r niſi ex aliq̈ cā extrinſeca ɔiuncta cā eo: ⁊ illa cā extrinſeca nō eſt cā vt in plurib⁹ illius cauſatiōis: qꝛ tūc nō ageret a caſu. neqꝫ eſt cā ɔtingēs eq̈liter: qꝛ a cā ɔtingente equalr (manēte equalitate) nulla ꝓuenit actio. igit quecūqꝫ ꝓueniunt a caſu: ꝓueniunt ab illo in minoꝛi parte. ¶ Cōfirmat. naꝫ cā totalis a qua ꝓducit effect⁹ caſualis aut ꝓducit ſemp illū effectū aut frequenter: aut nec ſemp nec frequēter. nō eſt dandū pͫ aut ſcōm: qꝛ qd̄ ſit ab aliquo ſemp aut frequēter: nō ſit ab eo caſualiter. igit cā ꝓducēs caſualē effectū aut eſt equalr indifferens ad ꝓducendū ⁊ nō ꝓducendū illuꝫ effectū: aut eſt nata ꝓducere illū effectū raro ⁊ i paucioꝛib⁹. nō eſt dādū pͫ: qꝛ ſi cā ſit idr̄ns ad ꝓducēdū: ſi ex ſe ſic ſit idr̄ns ad opꝫ ꝙ determinet aliūde qꝫ ex ſe ad B ꝙ ſit alterius 1 ⁊ pꝰns nō fuit cā totalis. Relinqt igit ꝙ cā totalis a qua ꝓuenit effect⁹ caſualis ꝓducat ipm in minoꝛi pte: qd̄ erat ꝓbandū. ¶ P. ſi ɔtingētia equalr eēnt a caſu cuꝫ mot⁹ ⁊ quies ſint ɔtingētia equalr reſpectu po᷎ motiue: ſequeretur ꝙ ambulare aut moueri eēt a po᷎ motiua a caſu: qd̄ nō ɔcedit. ¶ Scḋo principalr arguit ꝙ caſus ⁊ ɔtingentia nō ſit in ɔtingētib⁹ in minoꝛi parte ſic. Si de quo magis videt ieſſe ⁊ nō ieſt: ergo nec de quo min⁹. 2. thop. ca. 17. ſʒ magis videt ꝙ aliqd natū ſit ꝓuenire a ſua cā: que reſpectu ipſius equaliter ſe hꝫ ad ipm ⁊ ad oppoſituꝫ qꝫ illud qd̄ natuꝫ eſt euenire in minoꝛi parte ⁊ in paucioꝛibus: ⁊ tn̄ tale ɔtingēs equalr nō pōt ꝓuenire a ſua cauſa ſtante equalitate vt argutū eſt. ergo ⁊c̄. ¶ Et cōfirmat: qꝛ ſi in his que ſiunt raro reperit ɔtingens ⁊ caſuale: ſequit ꝙ quanto effectus rarius ɔtinget: poſita etiam cā a qua ꝓuenit: tanto magis erit caſualis. ¶ Tertio principalr arguitur ɔtra ſecūdā diſtinctionē ⁊ pſertiꝫ ɔtra illud qd̄ dictum eſt: ꝙ ɔtingens equaliter ex parte effectus eſt qn̄ effectus eſt indifferēs ad eſſe: ⁊ ad nō eſſe vt ꝓducit a ſua cauſa. Cōtra effectus qui producit aut ꝓducit a cauſa naturali aut libera. pꝫ ſi cauſa eſt naturalis naturaliter producit ⁊ neceſſario ſuum effectū: ⁊ talis cā eſt ex ſe determinata ad vnū oppoſitoꝝ. ex. 2. phi. ⁊. 9. meta. ergo effectus in comparatione ad ſuā cām tn̄ natus eſt eſſe. igit ⁊c̄. Si vero cauſa eſt libera: cōtra cā pꝛima neceſſario agente: ⁊ quelibet alia neceſſario agit: ſed ſm viā pſoꝝ cauſa pꝛima neceſſario agit. ergo ⁊c̄. ⁊ ita ſequitur idem qd̄ prius. ¶ Quarto arguit cōtra tertiā diſtinctionem probādo ꝙ effectus caſualis ꝓueniens ab aliqua cā impeditꝫ: puenit a cauſa vt in plurib⁹ ⁊ a cā p ſe: ⁊ ita cōtingentia diuerſa per Arꝫ. 6. meta. t. cō. 5. dicit ꝙ ens per accñs caſualiter eſt ens in paucioꝛib⁹ ꝓueniens a cauſa vt in plurib⁹. ex hoc arguit. Cauſa impediēs cām nālem ⁊ agentē vt in pluribus: ita per ſe oꝛdinat ad effectū caſualē ꝓducendū: ſicut cā a qua effectus natus eſt ꝓuenire vt in plurib⁹: ſed cōtingentia que eſt a cā per ſe: ⁊ eſſentialr oꝛdinata nō videtur ɔtingentia per accidens. igit ⁊c̄. ¶ Et ɔfirmat. nā ſol ita per ſe in rōne cāe oꝛdinat ad gn̄andū aial nō ex ſemine ɔcurrēte caloꝛe putredinali aut aliquo alio: ſicut propagans oꝛdinat ad gn̄andum illud ex ſemine. igitur ⁊c̄. ¶ Itē ɔtra illud ꝙ ɔtingētia volūtatis eſt ɔtingētia per ſe. Quod eſt per ſe ⁊ intrinſece tale non pōt per aliqd̄ ſibi aduenieēs fieri nō tale. iſta pꝫ: qꝛ qd̄ eſt intrinſece tale ⁊ p nām ſuā: eſt neceſſario tale. Sed a volūtate per aliquid ſibi aduenieēs tollit eius libertas ⁊ cōtingētia. ergo ⁊c̄. minoꝛ probat. quicqd iducat difficultatē in volūtate (quā i maioꝛi gradu induceret maioꝛeꝫ difficultatē) poterit tn̄ intēdi ꝙ inducet impoſſibilitateꝫ. Sed aliquis habitus aggn̄atus in volūtate inducit difficultatē in ea reſiſtēdi ab actu: ⁊ in maioꝛi gradu facit maioꝛeꝫ difficultatē. igit poterit eſſe in tali gradu ꝙ inducet impoſſibilitatē reſiſtēdi ab actu: quā conatus volūtatis ſit finitus. maioꝛ propoſitionis ſylli pōt ꝓbari exēplo ⁊ rōne. pꝛimo in pōderib⁹ ſi quid impediat virtuteꝫ ambulandi: tn̄ poterit intendi quod ſimplr impediet. ¶ Scḋo rōne ſic. ſi. n. in volūtate eſt habitus inclinans ad vnum actum (ſicut exempli gr̄a intēperantia) ex aliq̈ parte voluntas reſiſtit. Et quā conatus voluntatis reſiſtens ſit finitus ⁊ finite virtutis in reſiſtendo: neceſſario volūtas vincetur ab habitu vltra ſuā virtutem intenſo. minoꝛ proſylli probat quadruplr. ¶ Pꝛimo: qꝛ intemperatus ante habituꝫ abſtinet ſine difficultate: ⁊ acquiſito habitu cum difficultate: ⁊ tn̄ poſſet intēdi ꝙ eſſet ſibi impoſſibile abſtinere. ¶ P. ſcḋo ſi volūtas velit ɔtra habitum aut cuꝫ conatu finito: ⁊ tūc tn̄ poſſet intendi habitus ꝙ vinceret eam. aut cū conatu infinito: ⁊ hoc non. ¶ P. 3º per phꝫ. 3. ethi. c. 8. ſicut in ptāte pꝛoiciētis lapideꝫ eſt ꝓicere ipm: ſed non eſt in eius ptāte reuocare poſtqꝫ ꝓiectus eſt. ita i poteſtate nr̄a ſunt opationes nr̄e ante habitū: ſed nō pōt habitū. ergo ⁊c̄. ¶ P. 4º ⁊ vltimo ꝓbatur eadem minoꝛ. 7º ethicoꝝ. ɔſuetudo eſt altera nā ⁊ hoc hꝫ cōmen. pꝛimo phi. cōmē. 71. igit habitus ɔſuetudinalis eſt altera nā: ſed cum due nature trahunt ad oppoſita que erit potentioꝛ magis vincet contra tuꝫ alterius. igitur tn̄ poterit habitus intendi ꝙ vincet omnem reſiſtentiam voluntatis ſeu conatus ipſius.

Reſpondet ad iſta: ⁊ pꝛimo ad pͫ dicēdo ꝙ effectus caſualis non reperit in ɔtingentib⁹ equalr vt ɔtingētia equalis ſe tenet ex parte po᷎ actiue aut agentis. ⁊ hoc cōcludit ratio. Sed cuꝫ hoc ſtat ꝙ poſſit reperiri in ɔtingentib⁹ equalr ex parte effectus. ¶ Pro quo notandum eſt ꝙ agens eſt duplex. quoddā cum rōne. quoddā ſine ratiōe. hec diſtinctio patet. 9. meta. ⁊. 2. phi. Si loquamur de agente ſine ratione ſic dico ꝙ cōtingens equalr reperiri in potentijs actiuis poteſt intelligi dupliciter: vt pretulimus. vno modo ꝙ ipſum agēs ſit ɔtingēs equalr: ita ꝙ ipſum approximatū paſſo nō ipeditū ſit equalr indr̄ns ad agēdū ⁊ nō agēduꝫ: ⁊ ſic ɔtingēs equalr nō repit in potētijs actiuis ſine rōne: qꝛ agēs nāle hꝫ oppoſitū modū agēdi cum agēte libero. (vt pꝫ 2º phiſi. vbi diſtinguit agēs a ꝓpoſito ɔtra agēs ſm nām pp oppoſitū modū pncipiandi. Et hec eadem ſnia habetur expreſſius. 9. meta. tex. cōmē. 3. ⁊. 10.) Agens naturale eſt ex ſe reſpectu vnius oppoſiti tn̄: ita ꝙ eſt ex ſe determinatum

determinatū ad vnū. Agens liberū (qḋ diſtinguit̃ ꝯ nāle)
q̄ntū ex ſe eſt oppoſitoꝝ vt ſupi⁹ pmiſſuꝫ ē. Alio mō ꝯtin
gens eq̄lr pōt itelligi ex pte effect⁹. ſic ꝙ effect⁹ ꝓueniēs a
po⁹ ſit talis ꝙ de nā ſua nō magis nat⁹ ſit ꝓuenire q̄ꝫ nō
ꝓuenire. ꝛ iſto mō ē ꝯtingēs ad vtrūlibet i cauſis nālib⁹.
alr nō. Et ita ꝯtigēs ad vtrūlibꝫ ē effect⁹ caſualis. aut pōt
eē. Nunq̄ꝫ tñ ꝯcedit̃ ꝙ ſit caſus. Et ſic pōt ſaluari op. Aui.
quā ipugnat Auer. vñ effect⁹ q nō euenit ſp vel frequēter
(q̄cūq̄ꝫ alio mō eueniat a ſua cā nō itendēte p ſeipm̄ effe
ctū neq̄ꝫ ad ipm̄ p ſe ordiata) ſp erit caſualis ꝛ cā appella
bitur caſus vel fortuna. Uñ raro euenire ſimplr ꝛ abſolu
te ſumptū nō facit effcm̄ eē caſualē: qꝛ ſi ſic fractio capitis
reſpcū lapidis deſcēdētis nō eēt caſualis: qꝛ nō raro: ſed
frequēter euenit talis effect⁹: ꝛ p oppoᵐ eclypſis ſolis eēt
caſualis: qꝛ raro euenit. h̄ aūt eſt falſuꝫ: qꝛ talis effect⁹ pro
uenit a cā p ſe itendēte ipm̄. Ex quo ꝯcludit̃ ꝙ cū effectus
cōparat̃ ad aliq̄ꝫ cām effectiuā ex qua nō eſt nat⁹ euenire
p ſe nec ſemp: nec frequēter: nec ab illa cā itendit̃: ē effect⁹
p accñs ſiue ſit res ꝯtingens ad vtrūlibet ſiue raro. Et ſic
intellexit Auic. Et ad h̄ facit qḋ dicit Doc. ſubti. in p̄ ſen.
di. 2. q. 4. ꝙ nō dr̄ aliqd fieri raro vel vt in plrib⁹: qꝛ ipſuꝫ
in ſe ꝯtingat frequēter vel raro: qꝛ frequētius lapis deſcē
dens frāgit caput q̄ꝫ luna eclypſet̃: ſꝫ dr̄ia iſta dꝫ itelligi p
cōparationē alicui⁹ ad ſuā cām: vt dicat̃ ille effect⁹ eueni
ens in maiori pte q hꝫ cāꝫ determinatā ad ſuū euētū que
vt in plrib⁹ ꝓducit illū effectū. Raro dr̄ euenire qñ nō hꝫ
certā cāꝫ determiatā ad ſuū euētū: ſꝫ tñ ꝓuenit ex aliqua
cā ordiata ad aliū effectū: ipedita tñ ab illo effectu ad quē
ordinat̃: ex tali ipeditiōe ꝓuenit iſtud raro. Accipit̃ etiaꝫ
raro vel vt in plib⁹ ꝓut diſiungit iter oppoſita ꝯdictorie
nō ꝓut inter diſperata diſiungit. Effect⁹. n. q eſt caſualis
cōparat⁹ ad ſuā cām a qua ꝓuenit: euenit vt in plib⁹ ab
illa cā q̄ꝫ nō eueniat: ꝛ ꝯcedit̃ ꝙ nō raro ꝓut ſit tñ diſiun
ctio iter ꝯdictoria. hec aūt diſiunctio ſit qñ effect⁹ equoc⁹
cōparat̃ ad cāꝫ equocā ſub diſiunctiōe ad ꝯdictoria. Exē
pli gr̄a. aial genitū p putrefactionē cōparatū ad cāꝫ equi
uocā: puta ad ſolē. aut gñat̃ a tali cā vt in plib⁹ aut nō.
ꝯcedit̃ ꝙ vt in plib⁹. Ita. n. p ſe eſt ſol cā ordiata ad gñan
duꝫ nō ex ſemine ſicut ꝓpagans eſt cā ordinata ad gñan
dum illud ex ſemine. Sꝫ iſte determiatiōes vt in plurib⁹
aut raro: accipiunt̃ ſub diſiūctiōe ad diſpata: qñ. ſ. effect⁹
caſualis cōparat̃ ad cām equocā vel vniuocā ſub diſiun
ctione cū iſta determiatiōe vt in plib⁹ aut raro. ſic dicēdo
aial genitū equoce aut gñat̃ a cā equoca vt in plibus aut
raro. ſilr de cā vniuoca. Et tūc rñdet̃ ꝙ raro ꝛ nō vt i plu
ribus gñat̃ equoce: ſꝫ ſolū vniuoce. ℂ Ex qbus pꝫ ꝙ eſſe
raro ſimplr ꝛ abſolute nō facit rē eē caſualē: ꝛ ſic eſt expo
ſita itētio Aui. ℂ Alij ſt attēdētes ad ſupficiē vboꝝ dixe
runt ꝙ raro vel frequēter euenire nō facit aliqd euenire
vt in plib⁹ vel vt i paucioꝛib⁹. Nā raro euenit eclypſis: ꝛ
tñ vt in plib⁹. ꝛ h̄ qꝛ ly vt i plib⁹. denotat cāꝫ determiatā
talis effect⁹. Silr frequēter euenit ꝙ lapis deſcēdēs fran
git caput: ꝛ tñ ꝯcedit̃ ꝙ talis effect⁹ ē effect⁹ ꝓueniēs vt in
paucioꝛib⁹. Et dr̄ia iſtoꝝ terminoꝝ ē: qꝛ frequēter ꝛ raro
determināt effectū acceptū in ſe ꝛ abſolute. Sꝫ iſti termi
ni vt in plib⁹ ꝛ paucioꝛib⁹ determinant eundē effectū in
cōparatione ad cām determinatā q̄ poſita nata eſt ſemp
ꝓducere talē effcm̄ niſi ipediat̃. Quicq̄ꝫ dictū ſit de agen
te ſine rōne. ℂ Sꝫ ſi loquamur de agēte cū rōne. ſic effcūs
caſualis aut fortuit⁹ repit̃ in ꝯtingentib⁹ eq̄lr ex pte po
actiue: qꝛ tale agēs. quā ſit liberū eſt idr̄ns ad vtrūlibꝫ op
poſitoꝝ nō ſolū ex pte obtoꝝ: ſꝫ ēt ex pte actuuꝫ: ꝛ ſi ſic nō
ſolū oppoſitoꝝ ꝯrie (ſic ē velle ꝛ nolle vel amare ꝛ odire: q
act⁹ ſunt ambo poſitiui ꝯrij reſpcū eiuſdē ad q̄s act⁹ agēs
liberū ē in po²) ſꝫ ēt ē oppoſitoꝝ ꝯdictorie: qꝛ hō p volūta
tem pōt velle ꝛ nō velle aliqḋ vnum ꝛ idem obm̄.

His p̄miſſis ad arg⁹ⁿ for⁸ rñdet̃ ꝛ ad ſingl'as
pbatōes. ℂ Ad pᵐ rñr ad maiorē

cōcedēdo ipſam in nālib⁹ ꝛ negādo in liberis: qꝛ nāliter
agēs ſemp eſt determinatū ad vnū oppoſitoꝝ. Et q̄ntum
ad hoc: argᵐ ꝯcludit ꝙ in ꝯtingētib⁹ eq̄lr ex pte po acti
ue nō repit̃ caſus in nālib⁹. ℂ Et ſi dicas ꝙ neq̄ꝫ ēt i libe
ris. Negat̃. Et cū dicis ꝙ po² ꝯtigēs eq̄lr opꝫ ꝙ determi
net̃. Cōcedit̃: ſed ipm̄ determinās eſt ipſa voluntas: que
determinat alias potētias rōnales: vt hꝫ Ar. ꝛ cōmenta.
9. meta. tex. cō. 10. ℂ Et ſi dicas. volūtas determinat alias
potētias ad alterū oppoſitoꝝ (quā ipſa idifferēs ad vtrū
libet) per qd ipſa determinabit̃ ad alterū? ℂ Rñdet̃ ꝙ ſe
ipſam determinat. hꝫ eni ex plenitudine ſue pfectionis ꝛ
libertatis que ſibi cōpetit p̄ ꝛ cētialr: ꝙ poſſit ſeipaꝫ de
terminare ad actū circa quodcūq̄ꝫ obm̄: que determina
tio nō ē potnā q̄ꝫ ſit ipſa poſitio act⁹ vt ē de mēte Doc. in
p̄. di. 39. ℂ Ex his rñdet̃ ad ꝯfirmationē ꝯcedēdo ꝙ effe
ct⁹ caſualis nō ſemp ꝛ neceſſario ꝓducit̃ a tali cā totali: qꝛ
nunq̄ꝫ ꝓduceret̃ pter q̄ꝫ ab ipſa aut a ꝯſilī. ꝓducit̃ tamen
ab ipſa in maiori pte ꝛ frequēter. vt iſte determinatiōes
frequēter aut in maiori pte diſiūgūt iter ꝯdictoria: nō tñ
inter diſpata: vt dictū eſt ſupi⁹. Et cū dicis. qḋ euenit ſem
per aut in maiori pte: nālr euenit ꝛ nō a caſu: vt dicit Ar.
2. phi. Rñdet̃ ꝙ Ar. itelligit illud euenire nālr qḋ euenit
ſemp vel frequēter in cōpatiōe ad aliq̄ꝫ cām p ſe ordina
tā ꝛ itēdētē effectū cātū a qua effect⁹ nat⁹ eſt frequēter eue
nire per ſe ꝛ nō ex aliq̄ cā accñtalr ꝯiūcta. Et per oppoſi
tū. Illud ſit a caſu qḋ euenit raro ꝛ vt in paucioribus. ſic
ꝙ euenit pter itētionē cāe aliud itēdētis. Sꝫ ſi effect⁹ cōpa
ret̃ ad aliq̄ꝫ cām nō p ſe ordiatā ad effectū: que tamē cū
multis ꝯcurrētib⁹ nata ſit ꝓducere effectū vt in plib⁹: nō
min⁹ effect⁹ erit caſualis: ꝛ qḋ euenit ſic vt in plurib⁹ non
nālr euenit. Silr qḋ ſit raro ꝛ vt in paucioꝛib⁹ ſit a caſu
vt iſta diſiūgūt iter diſpata: nō iter ꝯdictoria: cōparando
effectū ad cām a q̄ ꝓuenit. Et cū dr̄ ꝙ Ar. ponit caſum in
his que ſūt ex ſemp ꝛ frequēter verū eſt accipiēdo ſemp ꝛ
frequēter vt diſiūgūt iter diſpata ꝛ nō iter ꝯdictoria: vt ex
poſitū eſt. Et ad totū pceſſum qui ſit in iſta ꝯfirmatione
pꝫ ex dictis. ℂ Ad aliud de motu ꝛ q̄ete rñdet̃ ꝙ motus
aut q̄es vel cōparant̃ ad poᵐ motiuā ſoliꝫ: vel cōparant̃
ad poᵐ motiuā determinatā p appetitū ꝛ volūtatē. Si
p̄ mō: ſic q̄es aut mot⁹ eſt effect⁹ p accñs po motiue: ꝛ ē ef
fect⁹ ꝯtingēs ad vtrūlibet. Si 2° mō ſic eſt effect⁹ p ſe ꝓue
niēs in maiori pte. ℂ Et ſi dicas. in aialib⁹ brutis q̄cqd ē
pnᵐ mouēs eſt nālr agēs: igit̃ ſi po motiua eſt idifferens
ad mouēdū ꝛ nō mouēdū: ſeq̄t̃ ꝙ in potētijs actiuis nā
liter eſt ꝯtingens eq̄liter ꝛ ad vtrūlibet. ℂ Rñdet̃ ꝙ po
motiua nō eſt ſola cā ſufficiēs reᵘ motus: ſed po motiua
cū appetitu vt eſt de mēte Ar. 3. de aia. ca. de mouēte. mō
in potētijs actiuis nālib⁹ ꝛ ſufficiētib⁹ nō repit̃ ꝯtingens
eq̄lr. ℂ Ad 2ᵐ pncipale rñdet̃ ꝯcedēdo maiorē: ꝛ ad mio
rē dr̄ ꝙ verū eſt ꝙ illud ad qḋ ſe hꝫ agēs eq̄liter: eſt digni⁹
euenire q̄ꝫ illud qḋ natū eſt euenire in minori pte reᵘ al
teri⁹: niſi cā ꝯtingēs eq̄liter ipediat̃. Sed vbi ipedit̃: qḋ ē
magis dignū ꝓuenire: ſit min⁹ dignuꝫ. vnde qḋ eſt min⁹
dignū ꝓuenire nō ꝓueniet a cā niſi illa ipediat̃ a ꝓducen
do magis dignū. Nā q̄ntū eſt ex pte talis cāe nunq̄ꝫ ꝓdu
